




15

944








L 206 /



M. CHRISTIANI VINHOLD,
Elementa
GRAMMATICÆ
LATINÆ,
methodô Euclidéâ
conscripta,
&
in gratiam
Potissimum accuratè philo-
sophantium vel tan-
dem
JURIS PUBLICI
facta.



FRANCOFURTI & LIPSIAE,
Impensis CHRISTIANI Bergens/
Bibliopolæ Dresdensis,
ANNO M, DC. LXXVIII.

CHRISTIAN WERNER

GRAMMATICAE

Methodus Euclydis

BIBLIOTHECA
LYCHEI
WERNIGERODANI.

JURIS PUBLICI

Imperii Christiani



Incluti
Protosynedrii Ecclesiastici,
quod Dresdæ est,

Electoralis Saxonici

PRÆSIDI EMINEN-
TISSIMO,

Illustrissimo ac Generosissimo

DOMINO,

DNO. CAROLO,
LIB. BAR. A FRIESEN,

Dynastæ

in Rõthau / Cotta &
Geschwitz/

Patentissimi Saxonie Electoris

CONSILIARIO INTIMO,
COMITIQVE

CUBICULARIO:

DOMINO MEO PERCLE-
MENTI:

Ut &
EJUSDEM
ASSESSORIBUS
Splendi-
VI-

*Magnificis, Summè Reverendis,
Amplissimis atq; Excellentissimis*

DN. MARTINO

GEIERO, Doctore Theolo-
logo de tota Ecclesia JESU
CHRISTI jam dudum me-
ritissimo, Potentissimo Saxo-
num Electorià confessioni-
bus sacris & concionibus au-
licis, iisque primariis:

DN. JO. ANDREÆ

LUCIO, SS. Theol. Docto-
ri, Ecclesiæ metropolitanæ,
quæ Dresdæ est, ad S. Crucis
ædem Pastori, vicinarumq;ve
Superattendenti dignissimo:

DOMINIS PATRONIS
AC PROMOTORIBUS

reliquis

COLLEGII
ET CONSILIARIIS

dis

RIS

*Nobilissimis, Amplissimis atq̃
Consultissimis*

DN. AD. CHRISTO-
PHORO JACOBI, JCto
celeberrimo, Serenissimi Sa-
xoniae Electoris in Appe-
lationum Judicio Consiliario
gravissimo:

DN. JO. GEORGIO
NICOLAI, JCto & Practico
famigeratissimo:

MEIS, BENEFACTORIBUS
OPTIMIS MAXIMIS

Hoc
Levidense scriptum
GRAMMATICUM
PHILOSOPHICO-
MATHEMATICUM,
tanquam

Animi mei grati,

pro


*innumeris in me collatis bene-
ficiis,*

qualecunque monumentum, eâ,
quâ par est,

*devotione ac observantiâ
offero*

M. CHRISTIANUS AN-
DREAS VINHOLD,

ROSVINENSIS.



PRÆFATIO AD
LECTOREM.



Xhibeo Tibi Gram-
maticam *Euclidéâ me-*
thodo conscriptam,
prout jam ante de-
cennium in Alma propter Sa-
lam, Philosophiæ adhuc pro vi-
rili meâ incumbens, eam horis
succisivis elaboravi. Scripti hu-
jus scopus eo quidem tempore
is mihi præfixus erat, ut vel ex
Grammatica, communi illa o-
mnium omninò Facultatum
disciplinâ, orbi literato ad ocu-
lum ostenderem, vulgarem il-
lam methodum, quâ disciplinæ
Philosophicæ in plerisque o-

PRÆFATIO

mnib⁹ Germaniæ nostræ Scho-
lis & Academiis studiosæ ju-
ventuti per definitiones & di-
visiones explicantur & incul-
cantur, non esse genuinam, &
perfectam, sed adulterinam,
mancam, mutilam. Arbitrabar
enim fore, ut hæc nostra cum
iudicio lecturus, facile animad-
verteret, definitiones quidem
& divisiones requiri in disci-
plinis & supponi: solas verò, quo-
modocunque tandem pingan-
tur, fingantur, rem integram
non absolvere. Nã quis est, qui
ex tota hac definitionũ gram-
maticalium turba, vel exactissi-
mè intellectâ atque examina-
tâ, judicare possit, cuius gene-
ris sit Substantivum *forma*, aut
quomodo Adjectivum *neglectus*,
a, um, cum Substantivo isto ve-
niat

AD LECTOREM.

niat combinandum, aut, quod
altioris adhuc est indaginis,
quæ constructionis hujus *forma*
neglecta causa sit & demonstra-
tio. Cumque de simili simile
judicium juxta tritum veriver-
biu m si ferendum, putabam
quemlibet sanæ mentis homi-
nem facillimè luce meridianâ
clarius perspecturû, quo cen-
su Systemata disciplinarum,
Philosophicarum, quæ non nisi
meris definitionum cucullis &
corticibus superbiunt, haben-
da veniant. Sed enim ut tum
temporis mecum animo volu-
tâssem, meum non esse de su-
periorum factis judicare, muta-
vi istud propositum meû, ma-
gisque è re mea esse duxi, com-
mentarios hosce grammaticos
æternis privatorum parietum

P R Æ F A T I O

claustris includere. Et sanè si
res per me stetisset, ibidem ad-
huc in obscuro delitescerent,
quamvis illi nullis partium stu-
diis addicti ne unius quidem
nomen lædant, sed brevissimè
& simplicissimè, quod è re vi-
sum fuit, exhibeant. Verum
enimverò cùm viri celeberrimi
hæc me letemata mea eru-
ditorum lectione atq; examine
non adeò indigna judicârint,
atq; ea propter aurem mihi
frequentius vellicârint, eadem,
ferente sic bibliopolæ commo-
do, vel tandem typographo
typis excudenda tradidi. Quòd
si Tibi hic fœtus meus, aut, si
mavis, abortus, placuerit mihi
quidem gratulabor; Deo verò
meo gratias agam condignas.
Sin minus scias ad ingenua
moni-

AD LECTOREM.

monita tua me errata correctu-
rum, supervacanea amputatu-
rum, necessaria, si qua forsan
omissa, adjecturum. Unicum,
quod Te rogatum veni, est, ut
ad instar prudentium virorum
scriptionem hanc ex fine &
scopo prædicto æstimes, & tum
demum liberum quidem, æ-
quum tamen & candidum ju-
dicium feras. Hisce Vale in
Domino, & me meaquæ stu-
dia quæliacunque pro virili tuâ
promovere memento. Scribe-
bam in Electorali Dresda Ca-
lendis Maji Ann. cdo lcc LXXIX.



Bono Cum Deo!
Elementorum
Grammatices Latinæ
Lingvæ,
ejusq;
Methodô Euclideâ conscriptæ,
Proœmium,
Naturam & constitutionem
Grammaticæ comprehendens.

DEFINITIO.

*Latinae Lingvæ Grammatica est sci-
entia vocabulorum Latinorum.*

SCHOLIUM.

§. I.



Omen Grammaticæ ipsi
Græciæ sua debere incu-
tabula expeditum est:
descendit enim à voca-
bulô *γράμμα*, literam de-
notante. Jã verò *litera* propriè signi-
ficat elementi, ad vocabuli constitu-
tio-

tionem concurrentis, *figuram*, certis lineis expressam. Etenim quod prius dictum fuit *lineatura*, postmodum aliquot exentis elementis *litera* vocitari cœpit. Quæ cum ita sint, *Grammatica* vi significationis suæ nihil denotabit aliud ac *literarum*, legendarum puta & scribendarum, *peritiam*. Igitur à primis suis initiis, sicut pleræque res aliæ nomen suum disciplina hæc sortita fuit. Atque id ipsum dubiò procul propterea, quòd Latini, perinde ut nos Germani, primitus legendi duntaxat *litteras* & scribendi intelligentiam sibi comparasse; loquendi verò usum quotidiana consuetudini consimiliter nobis, reliquisse videntur.

§. 2. Latinò idiomate *Grammaticam* haud absurdè *Literaturam* interpreteris. Quo etiam nomine antiquitus appellatam fuisse vel ex eò intelligi potest, quod in *litteris*, id est, in re versantes grammaticâ, *Literatores* & *Literati* fuerunt dicti. Sed enim

enim Græcam Grammatices deno-
minationem, cum eadem apud ple-
rasque gentes usu & consuetudine
inoleverit, adeoque quasi civitate
 Latinâ sit donata; retinendam esse
 arbitramur. Omnino enim hîc va-
 let illud Tullii: *Artium nomina Græca,*
quoniam usu sunt recepta, non sunt mu-
tanda.

§. 3. Definimus autem Gram-
 maticam Latinam scientiam: hoc no-
 minis eô sumentes significatu, quô
 in Peripateticorum scholis frequen-
 ter adhibetur, nempe prout habitus
 designat demonstrativum. Etenim
 Grammatica Latina æquæ ex certis
 principiis sua deducere potest de-
 creta, ac aliæ disciplinæ Philosophi-
 cæ, æquæ Mathematicæ, sua effata,
 per certa *Postulata*, *Axiomata*, *Obser-*
vationes tanquam per causas osten-
 dunt. In eô tamen inter se differre
 fatendum est, quòd istæ *firmiorem*;
 hæ vero *debiliorem* necessitatis gra-
 dum agnoscunt. Namque Mathe-
 mati-

maticorum effatorum veritas tanta est, ut eorum oppositum aut *manifestam* involvat *contradictionem*, aut ordinario naturæ *cursui* adverfetur: Propositionum verò grammaticali-um necessitas ex merè arbitrariis *Autorum Classicorum* decretis, & illis non temerè quidem, sed naturâ præeun- tē, assumtis dependet. Utut est, di- gnissimum tamen Grammatices vi- detur habitus, qui accuratiori & sub- tiliori evolvatur meditatione, ac de- terfis vanitatum squaloribus nitide- tur: maximè cum hoc seculò nostrò, nescio quò fatò, major *vocabulorum* quàm *rerum* cura habeatur, imò in iisdem scitè & concinnè combinan- dis, & quasi idoneè maritandis, mul- ti *eruditionis summa fastigia* posita es- se putent.

§. 4. Dicitur scientia *vocabulo- rum Latinorum*. Ut enim vocabula apud omnes nationes, quæ quidem artium quoque humaniorum curam habent, *Grammatices* constituunt.

obje

objectum, seu *mavis subiectum*: Ita eadem ab omnibus in eô differt, quòd *Latina tractet vocabula*. Fuit autem *Latinus*, à quò *Latina Lingua* nomē suum accepit, Laurentum Rex, Fauni & Marcia, nymphae puta Laurentis, filius, qui hospitio Æneam suscepit perfugam, & uti responsò acceperat, ipsi Laviniam filiam, jam Turno, Danni filio, sponsam, uxorem dedit. Quamobrem bellum ingens Æneam inter & Turnum exortum, in quò Latinum excidisse, vel ex Marone notum est. Caterum ex dictis facile patet, quomodo Grammatica se habeat ad *reliquas disciplinas Philosophiae Sermocinalis*. Nimirum quod Geometria est reliquis disciplinis Mathematicis: idem Grammatica est Rhetoricæ, Oratoriæ & Poësi. Grammatica versatur circa *vocabula*, ipsiusque finis ultimus est oratio congruens, ad consuetudinem emendatè loquentium & scribentium animi nostri sensa exprimens. *Rhetorica*

ELEMENTA GRAMMATICES §

torica occupata est circa *sermonem elegantem*, variisque schematis tanquam flosculis aut stellis exornatum. *Oratoria* pertractat *orationem solennem*, Exordiô, Propositione, Confirmatione, Epilogô seu Peroratione constantem. *Poësis* denique versatur circa *Carmen*, variis coloribus, hypotyposibus, fictionibus, fabulis, comparationibus, &c. exornatum.

DIVISIO.

Partes Grammatices Latinae sunt quatuor, quarum prima definitiones subjecti; altera demonstrationis principia; tertia Propositiones demonstrativas & denique quarta Problemata dialectica complectitur.

SCHOLIUM.

§. I. Antiquissima hæc metho-
dus à suô seu inventore seu cultore
Euclide dicitur *Euclidæa*. Fuerunt
autem duo, quòd sciam, *Euclides*, u-
terque natione Græci, & patriâ Me-
garen-

garenses. Quorum unus, & ille *senior*, sectam *eristicam*, hoc est, alterum illud Sophistarum genus, nempe contentiosum, & Dialecticorum simile, adeoq̄ve Sophistis Rhetoribus distinctum, condidit, & quondam non minus Platonis divinissimi fuit æqualis: quàm Socratis, Philosophi illius, etiam oraculi delphici judiciô, habiti sapientissimi, auditor & discipulus. Qui, quòd à prædicti Præceptoris sui ore in tantum pependisse perhibeatur, ut etiam, cum vitæ periculô doctrinam ipsius auditu intellectuq̄ve hauserit, ecuinam, qui vel à limine literas salutaverit, ignotum esse potest? Nam cum Megarensibus deprehendi Athenis capitale esset, *Euclides* modò laudatus, pallâ tectus muliebri & versicolore indutus tunicam, facieq̄ve obvelatâ, *Athenas* sub noctem ventitâsse, Socratemq̄ve auscultasse traditur. Alter verò seu *junior* *Euclides*, quiq̄ve nobis hîc intelligendus venit, demum post nonaginta, circi-

circiter annos sub Ptolomæo II., cui cognomen Philadelpho, adeoque trecentis circiter annis, ante natum docuit servatorem, eademque quæ Theophrastus, ille Aristotelis & discipulus, & in scholâ successor, ætate claruit. Atque hic ipse Alexandriæ in Ægypto erexit scholam, vel ex eò commendatam, quod ab ipsius ætate ad tempora usque Saracenicæ, vix ullum invenire sit Mathematicum, quin vel patriâ fuerit Alexandrinus, vel Alexandriæ saltem operam Mathesi locaverit. Id quod fortassis vel solum in causâ esse potuit, cur idem *Euclides* in gymnasiis seu prytanæis propter mensurarum spatia *digitis laxatis*; quemadmodum *Chrysippus* digitis propter numerorum indicia *restrictis*; *Cleanthes* verò propter utrumque digitis *corrosis* pietus fuerit.

§. 2. Contexuit autem modò nominatus Mathematicorum parens communissimus, celeberrimum illud

illud & nunquam satis laudatum
 στοιχειώσεως, Latinis vulgò *Elemento-*
rum (sed significantius traditionis
elementorum) volumen, libris quin-
 decim comprehensum. In quò pri-
 mus non omnia tantùm antiquissi-
 morum Geometrarum, & Arithme-
 ticorum effata; sed precul dubiò
 plurima quoque dogmata, propriò
 inventa Marte, tam improbò con-
 gessit labore, tam subtili proposuit
 ingenii acumine, tamq̃ve mirabili
 tradidit ordine, ut solus in veteribus
 hoc laudis seu elogium tueatur. seu
 testimonium, quòd nunquam fue-
 rit deceptus. Nam præterquam
 quòd secundum tres mentis cogno-
 scentis operationes, primò simplicia
 concipit seu apprehendit, dein con-
 cepta seu apprehensa componit, &
 dividit; divisa tandem & composita
 deducit: præterea à notioribus quo-
 que & facilioribus, semper ad igno-
 tiora & difficiliora progreditur, ea-
 duntaxat ad dogmatum suorum,
 CON-

confirmationē assumens, quæ aut à principio concessa sunt, aut ex concessis jam ab ipsò probata & deducta. Cumque hæc docendi ratio, quæ Mathematicis ceteriorum seculorum plerisque omnibus solemniter facta fuit & peculiaris, non naturæ tantum aptissima sit; sed & accuratissima: quis est *Euclidea* qui methodo inter singulas & universas rerum in disciplinis tradendarum dispositiones principatum deferre dubitet?

§. 3. Sunt autem dictæ methodi *prima* pars atque *secunda* (ut quæ *principia* veritatum & quasi capita complectuntur) ut ita dicam, *preliminaria*: *tertia*, in cuius gratiam dictæ priores præmittuntur, *principalis* est; quippe quæ genuinam & solidam scientiam, in profundissimi Democriti puteo plerumque demersam aut latentem, nobilioris atque elegantioris literaturæ candidatis per *Propositiones*, ex principiis

cipiis derivatas, exhaurit, exhaustam infundit, infusam proponit: *quarta* denique seu postrema, *Problemata* dialectica seu Controversias exhibendō tribus præcedentibus, utpote quæ magis ad essentiam pertinent, succenturiatur, totique adeo disciplinæ ultimam quasi manum adjicit.

§. 4. Principia sunt effata, quibus in distinctam & solidam rerum, in disciplinis sciendarum, deducimur cognitionem; quō sensu etiam à Metaphysicis *cognoscendi* dicuntur principia: seu sunt effata, à quibus demonstrationes procedunt, in quibus etiam, cum hoc in negotiō in infinitum abire absurdum sit, ultimo acquiescunt. Quorum alia sunt *incomplexa*, suppositiva & succenturiata: alia *complexa*, principalia & perfectiva. Suppositiva sunt, quæ superficiariam tantummodò de re propositâ notitiam intellectui pariunt, & indubitabilem veritatem per se

feduntaxat non evergunt; ut sunt *Definitiones*: Perfectiva principia, seu quæ intellectum solidâ rei propositæ scientiâ perfundunt, & demonstrationi quasi animam largiuntur, (unde & Mathematicis *absolutè* principiorum nomine veniunt) dispesci commodissimè in *rationalia* possunt & *experimentalia*. Illa sunt vel *potentialia*, quæ *Postulata* appellitantur; vel *formalia*, quæ *Axiomatum* insigniuntur nomine: Hæc, scilicet *experimentalia*, *Observationum* titulum sibi vendicant.

§. 5. *Definitiones*, Græcis *ὄροι* & *ὀρισμοί*, nihil aliud sunt, quàm conceptū & vocabulorū, imò phrasiū, seu (ut magis Philosophorum more loquamur) *thematum simplicium*, sive *terminorum*, ex unô, duobus, pluribusve vocabulis constantium, per alios, eosque notiores terminos distinctim factæ *explicationes*. *Supponuntur eadem* & *præmittuntur demonstrationibus eâ potissimum*
 fini,

fini, ut ne terminorum vel ambiguitas, vel obscuritas, vel ignorantia, impediatur, in moravé sit, quò minus demonstrationes fidere possint feliciorè procedere. Præter huncce in demonstrationibus definitionum usum, alius vel planè nullus, vel exiguus dabitur. Nam quomodocunque tandem eæ se habeant, quod est, siue sint *essentiales*, hoc est, quæ notas essentialis characteristicas complectuntur: siue *causales*, ex efficiente, nempe, materiâ, formâ, sine conglutinata: siue *accidentales*, h. e. ex pluribus accidentibus collectæ: eæque siue asperè & minus politè, quod est metonymicè & *mathematicè*; siue elegantè & concinnè h. e. propriè & *logicè* verborum vestitu indutæ: nunquam tamen intellectum eâ perfundere possunt scientiâ, quam disciplinæ quidem mathematicæ prospectu habent præfixam. Nec est, quòd *reales* definitiones, nempe *conclusivas*, siue quæ proprietates rei demon-

mon-

demonstrabiles exhibent, & *causales*,
ex causis puta complexis constan-
tes, & *mixtas*, h. e. ex pluribus gene-
ribus compositas, & in compendiō
totam de re rationem scibilem com-
plectentes; solidam in vergere scien-
tiam hīc objicias: cum illa omnia ac
singula, quæ definitionum, *Mathe-*
maticō sensu acceptarum, finem exce-
dunt & transgrediuntur, à Mathe-
maticis rectissimè aut ad principia,
aut ad Propositiones easq̄ve vel de-
monstrativas, vel dialecticas referā-
tur. Ut ut sit, *Mathesis* tamen *Defini-*
tiones pro meritorum suorum digni-
tate, adhuc satis honorificè tractare
& habere solet. Quid? si rem altius
mecum repeto, eorundem ferè æ-
qualem, si non majorem ac ipsa Phi-
losophia (quam penes tamen utram-
que scientiæ paginam absolvunt))
curam habet. Etenim in scholiis
seu glossematis suis, quæ definitio-
nibus, perinde ut aliis suis effatis, seu
decretis, instar *notarum*, *annotatio-*
num,

B

num,

num, *commentariorum* & *ὑπομνημάτων* subjungere solet Mathematica, definitionis, aut, si mavis, definiti *ὀνοματολογίαν*, *πραγματολογίαν* & *divisionem* accuratè satis rimatur & perpendit.

§. 6. Onomatologia nihil aliud est, quàm definiti exquisitior explicatio, considerans ejusdem tum *etymologiam*, seu nominis, definitum, sustinentis, ab aliò vocabulò derivationem & originem: tum *homonymiam* seu divisionem nominis, quod est, vocis diversam acceptionem & in significata sua distinctionem: & denique *synonymiam* (grammaticam puta, non logicam), quod est vocum, idem significantium, æquivalentiam seu æquipollentiam.

§. 7. Pragmatologia est uberior definitionis explicatio per definiti *genus* & *differentiam* propriam seu *specificam*. Genus est idea seu natura, in qua definitū cū omnibus aliis rebus cognatis, & sibi velut ab utroque latere

latere positus seu circumstantibus, primò convenit; unde & *conceptus communis* & contrahibilis dicitur Scholasticis. Differentia specifica est idea, in quâ vicissim ab aliis rebus cognatis definitum primò differt, & sui quasi juris constituitur: quam ob rem etiam *conceptus proprius* & contrahens à doctoribus Scholasticis vocari solet. Duo hi conceptus, qui ex nudâ rerum inter se comparatione, quod est, similitudine & dissimilitudine, oriuntur; cum id, quo nihil prius in objecto, seu re propositâ invenitur, complectantur, eamque inter cæteras omnes distinctè concipiendam intellectu sistant: igitur eosdem vulgò rei *essentiam* nominare solemus. Id quod eò sensu capiendum non est, quasi iisdem *realiter* & absolutè essentiam, aut, si mavis, essentiæ internam vim & naturam, & ut ita loquar, totam substantiam exhibeant: quandoquidem hi dicti conceptus eam non secundum omnes

mnes denominationes, nedum juxta æstimationes, exhibent: Sed ita intelligendum, quod iidem, tanquam characteres essentiæ ulterius investigandæ, sicut Radix quæstionis quæsitæ in Algebra, *suppositivè* & *respectivè* pro ipsâ essentiâ venditari possunt.

§. 8. Divisio est definiti in suas partes distributio. Estque triplex, nempe vel totius *integralis* in partes integrales, quam alii in specie *Partitionem* vocant: vel totius *essentialis* in partes essentielles; vel totius *universalis* seu generis in species, tanquam partes subjectivas. Ad postremam classem divisiones quoque *subjecti per accidentia*, *accidentium per subjecta*, & *accidentiū in accidentia* referri solent. Quorum omnium scopus ac finis est, ut tacitâ quasi *transitione* ad sequentes definitiones via sternatur.

§. 9. Postulata, Græcis *αἰτήσεις* ac *αἰτήματα*, finimus effata vera, certa, necessaria, & per se nota, in quibus
aliquid

aliquid fieri posse concedi postula-
tur. Aliò vocantur nomine *Petitio-*
nes, non eò quidem sensû, ac si ab au-
ditore, ut iis assensum præbeat, eas-
demqve pro veris habeat, precariò
impetrandum sit: sed ex consuetâ
Mathematicorum civilitate, quâ iidem,
ne discipulus scilicet aut auditor,
prorsus nihil in arduò demonstra-
tionis negotiò fecisse videatur, ab eò
petunt, ut interim eadem concedat,
& admittat: certò persuasi, eum li-
cet forsan primò vel ad solem cœcu-
tire occiperet, evidentiam tamen eo-
rundem & certitudinem postea suâ
sponte agniturum esse. Atque hæc
propria est Postulatorum acceptio.
Sed *improprie* & rarissimè Postulato-
rum quoque nomine veniunt Pro-
positiones in subalternante discipli-
nâ demonstratæ.

§. 10. Axiomata, latinè digni-
tates, sensu *stricto* tam clarè ac evi-
denter vera, certa & necessaria sunt
effata, ut quàm primùm ratio (*recta*

nempe, non probabilis, non dubia, non scrupulosa, non erronea) in nobis se plenius solet exserere, ea statim nudò mentis intuitu, sine ullâ singularium perceptione, aut demonstratione possimus intelligere, adeò usq̃ ut quasi nobiscum nata esse videantur, unde & communissimè *notiones communes*, Græcis κοινὰ ἐννοια, *notitiæ insitæ*, *notitiæ nobiscum natæ*, itē *veritates æternæ*, *primæ & immediatæ* vocitari solent. In *lata* tamen significatione Axiomata vocantur *effata*, in disciplinâ superiori ex Axiomatis & Observationibus deducta, adeoq̃ve Propositiones, quæ in disciplinâ subalternatâ seu inferiori sese Propositionum domesticarum seu propriarum respectu, instar Axiomatum seu fide dignorum principiorum habent. Utriusque generis Axiomata inferius suò locò in medium allaturi sumus.

§. II. Observationes, Græcè *τηνόμεναι*, dicuntur *effata prima*, quorum

rum veritas, certitudo, & necessitas, non quidem ex rectæ rationis dictamine, sed per solam *experientiam*, sive per singularium perceptionem sufficientem, sine mediõ seu causâ elicitur, apprehenditur. Quantâ autem cautelâ & circumspeditione opus sit in iisdem capiendis, satis testantur, hætenus traditæ Regulæ Grammaticæ, quippe quia in iisdẽ vel sexcentas exceptiones, restrictiones & ampliationes videre licuit. Id quod ipsum procul dubiõ in causa fuit, cur hætenus in grammaticis nihil certi reperiri creditum fuerit: maximè cum *grammatici certent, & adhuc sub iudice lis sit*. Dabimus tamen in subsequentibus operam, quò & pauciores & solidiores Observationes grammaticæ lucem adspiciant publicam. Id sanè certum est, Observationes seminarium esse & fundamentum omnis *scientiæ*, cum in *Naturali*, tum in *Morali & Sermocinali* Philosophia, ad quam postremam cum & Gramma-

tica pertineat; igitur in eadem Observationes quoque habebimus quam plurimas.

§. 12. Propositiones, Græcè *πρότασις*, sunt entia complexa, vera & necessaria, quæ ex aliis complexis tanquam ex causis, verbò ex principiis dependent. Dicuntur *Propositiones*, quatenus ad demonstrandum proponuntur; quatenus verò ex præmissâ resultant demonstratione, eatenus *Conclusiones*, Græcè *συμπεράσματα*, nominari solent. Sunt autem propositiones, seu magis Conclusiones, nihil aliud, quam *subiectum*, quod venit demonstrandum, seu quod idem est, *objectum*, circa quod demonstratio versatur. Quò de inter cætera probè notandum, non necessum esse, ut *partes* ejus seu extrema, scilicet *subiectum*, de quò aliquid demonstratur, & *predicatum*, quod de subiectò demonstratur, *realia* sint entia, seu in naturâ rerum actu præsentia: sive ut eadem sint res
neces.

necessariæ, quod est tam actione, quam effectione humanâ exemptæ, quales sunt res naturales, seu physica: sed sufficere, si eadem, inter se junctæ, veram & necessariam habeant connexionem, seu, si affectio revera ipsi insit subjecto, adeoque verum *ens complexum* constituent: sive jam termini sint entia, sive non-entia, atque entia quidem sive theoretica, sive practica, sive entia necessaria, sive contingentia. Tum autem ratione *qualitatis* non requiritur, ut subjectum demonstrationis sit categoricum aut affirmativum: sed perinde est sive sit categoricum sive hypotheticum; sive affirmativum, sive negativum. Idem fermè judicium esto de Propositionis demonstrativæ *quantitate*, seu, ut crassò Scholasticorum ore loquar, de *necessitatis gradu*. Nam licet omninò præstet, subjectum seu objectum demonstrandum καθ' ὅλας πρώτων seu πρώτων δευτικόν esse, h. e. ἵνα com-

paratum, ut prædicatum de suo sub-
 jectò non κατὰ πάντος tantum, quod
 est secundum omne, & non ἐν μέρει,
 seu ex parte; sed & καθ' αὐτό,
 quod est per se, non verò κατ' ἄλλο,
 seu secundum aliud dicatur: Seu,
 quod idem est, ut subjectum & præ-
 dicatum Propositionis demonstra-
 tivæ, se mutuò exæquent, adeoque
 de se reciprocè, si non absolutè &
 prorsus illimitatè, minimum tamen
 secundum quid & in certo genere,
 prædicentur. Nihilò tamen minus
 quàm plurima quoque effata *parti-*
cularia aut per ea, per quæ πρῶτον δε-
 κτικὸν stabilitur, quasi per synecdo-
 chen; aut per sibimet propria & spe-
 cialia principia demonstrantur. Sed
 hæc omnia ac singula longè feliciùs
 pariter & certius ex disciplinis, *Eu-*
clidéâ methodò traditis, cum primis
 verò ex *Euclidis* lib. 2. 5. & 7. intelli-
 guntur. Cæterum circa Proposi-
 tiones tria potissimum consideran-
 da veniunt, nimirum 1. earum *species*
 2. demon-

2. demonstratio & 3. demonstrandi praxi.

§. 13. Species Propositionum analyticarum dantur duæ. Sunt enim vel contemplativæ, quæ Theoremata, vel practicæ, quæ Problemata appellitantur. In Theorematis nudè aliquid proponitur contemplandum; eorumque subjectum dicitur ἡγόμενον, seu antecedens: prædicatū verò ἐπομένον seu consequens. Problemata aliquid efficiendum fiunt, quorum subjectum διδόμενον vocatur seu datum: prædicatum ζητούμενον seu quæsitum. Cumque in theorematis non nisi solò intellectu; in Problematis verò insuper variis, propter varios, quibus eadem resolvi possunt, modos, instrumentis opus sit: evidens est, illa plus subtilitatis continere; hæc autem plus laboris atque industriæ requirere.

§. 14. Demonstratio, Aristotelis ἀπόδειξις, Platoni ἀνάγκη seu necessitas dicta, est Propositionum per principi-

pia proxima & immediata, eaq̄ve
minimum duo (quorum unum ple-
rumque est *generale* seu primum : al-
terum *speciale* seu ortum) tanquam
per media & causas necessaria dedu-
ctio. Seu mavis demonstratio est
syllogismus verus, necessarius, non ta-
men scholasticâ seu prolixâ, puta
per *Quicumque Atqui Ergo*; sed Ari-
stotelicâ, quod est *concisâ* ratione
per nudos medios terminos propo-
situs. Ipsius finis ac scopus nullus
alius est, quam ut intellectus rei pro-
positæ *scientiam* sibi acquirat, & illam
non superficialem seu umbratilem,
& probabilem, quod est communi
hominum opinione, quibuscum-
versamur & disputamus, receptam:
sed *solidam* admodum, accuratam at-
que evidentem: adeo quidem, ut ipse
penitus immotus, fixus, certus, ab
omni deceptionis metu securus, at-
que ab omni suspitione falsitatis
prorsus liber reddatur, inque acqui-
sitâ scientiâ, tanquam in parte sum-
mi

mi boni theoretici degustatâ, quàm placidissimè possit acquiescere. Potest autem syllogismus demonstrativus potissimum dividi vel ratione mediorum & *causarum*, vel ratione *evidentiæ cognitionis*. Ratione causarum spectata demonstratio alia est directa seu *ostensiva* & primaria, quæ rem ita se habere per media, seu principia adstruentia ostendit: alia indirecta, seu *per impossibile* & secundaria, quæ rem se aliter habere non posse, per media seu principia, contrarium evertentia seu destruentia, evincit, adeoque ad *absurdum* deducit. Intuitu evidentiæ cognitionis considerata demonstratio alia est τὸ διότι, seu *propter quid*, quando scilicet media seu principia, *cur res ita sit*, à priori, eoque proximò, non nisi ostensivè ostendunt: alia verò τὸ ὅτι, ubi nempe media seu principia, aut à priori eoque remotiori, vel à connexo, *quod res ita sit* ostensivè: aut à posteriori, *quod res se aliter habe-*

B 7 bere

bere nequeat, per impossibile evincunt. Omnes hæc tales demonstrationes *pari certitudinis passu* ambulat; quæquam quod ad *cognitionis perfectionem* demonstratio τὴ διότι, demonstratione τὴ ὅτι, & ea, quæ *ostensivè* procedit, demonstratione *per impossibile* melior est: sicut ratione *apprehensionis* demonstratio *unius* ejusdemque Propositionis, quæ paucioribus mediis absolvitur, melior censenda est eâ, quæ per plura media rem deducit: & inter *diversas diversarum* Propositionum demonstrationes ea præstantior omninò est, quæ veritatem, profundius latentem, per *plura* principia deducit.

§. 15. Praxis demonstrandi mathematica (quæ vulgò per *synecdochen* ipsa vocatur *methodus*) est vel *Synthetica* seu compositiva: vel *Analytica* seu resolutiva. Synthetica à simplicioribus ad composita, h. e. à *sine* seu principiis per *media* (pro-

(propositiones intellige inter principia & subiectum demonstrationis interjectas) ad illud *subiectum*, propositionem puta demonstrandam, quasi descendendò procedit, unde quoque græce ἀπὸ τῶν ἀρχῶν μέθοδος dicitur: Analytica methodus à compositis ad simpliciora, adeoque ex aduersum à *subiecto* seu propositione demonstrandâ, per *media*, seu inter subiectum & principia interjectas Propositiones, ad *finem*, quod est ad principia, velut ascendendò progreditur, quamobrem & ἐπὶ τὰς ἀρχὰς methodus audit. Utrâ utaris in particulari *unius ejusdemque* Propositionis demonstratione perinde est, adeoque liberum: in *integrâ* tamen *disciplinâ* tradendis, ubi nempe plures demonstrationes occurrunt, Methodus synthetica perquam accommodata est & conveniens; imò in illis ferè locum habet *unicè*. Analyticam ex aduersò methodum, licet ea quoad inventionem pariter & appre-

apprehensionem syntheticâ sit facili-
 or : ad scientias tamen integras,
 easque more mathematico pertra-
 ctandas prorsus *ineptam* esse & mini-
 mè idoneam ; vel ex eò patet, quod
contra naturam à difficilioribus &
 ignotioribus ad faciliora & notiora
 progreditur, adeoque equos quasi
 post temonem jungit ; veluti id *Eu-
 clidèa Elementa* vel per transennam, *ut
 in* tritò est proverbio, inspecta, ad
 oculum testantur & evincunt. Mi-
 rum igitur omninò est, plerosque
 omnes doctorum, adeoque Mathe-
 maticorum, hucusque supervaca-
 neâ illâ & anxâ diversæ methodi, in
 diversis disciplinis adhibendæ, cu-
 râ, tantò se torsisse opere. Cæte-
 rum utraqve in praxi seu dictâ me-
 thodò apud Mathematicos commu-
 niter solent demonstrationem quæ-
 dam *antecedere præludia* seu præpara-
 menta : quemadmodum non rarò
 eandem certa *subsequuntur effata*.

§. 16. Prioris generis sunt i. Ex-
 positio,

positio, Græcis ἐκθεσις, quæ est cum
 subjectū Propositionis speciatiim &
 determinatè per *exemplum* certum
 explicatur. Ejuscemodi exempla,
 cum neque species sint neque indi-
 vidua, quibus prædicatum Proposi-
 tionis demonstrativæ competit; sed
 literæ tantum alphabeticæ, quibus
 diagrammata seu schemata succen-
 turiantur, rectius *similitudines* aut
 definitiones nominales expositivas
 dixeris. Quarum alius non est fi-
 nis, quàm ut inventionem demon-
 strationis, & formalem ejus perce-
 ptionem juvent, ac proinde impro-
 priissimè quoque *demonstrationes* vul-
 gò dici solent. 1. *Digressio*, Græcè
 διορισμός, quod est, quando prædica-
 tum ad subjectum, jam signis seu
 exemplis declaratum, applicatur.
 Præmittitur autem διορισμός unà cū
 ἐκθεσι eâ de causâ, ut Propositio fa-
 ciliior, demonstratioque clarior red-
 datur. 3. *Constructio*, Græcè κατα-
 σκευή, quæ est, cum res, ad demon-
 stratio-

strationem necessariæ, præparantur, seu ad structuram determinantur. Dicitur Constructio Aristoteli *divisio &eductio*, ea propter, quia id, quod jam potentiâ est, in actum distinctæ cognitionis educitur. 4. Πρώσις, Latinis *Casus*, quando nempe Constructio seu positio, aut ipsa demonstratio, ad varios casus, si qui in Propositione occurrunt, transponitur.

§. 17. Posterioris ordinis, seu quæ demonstrationem subsequuntur, sunt 1. *Corollarium* seu *Confectarium*, Græcè *πρόσιμα*, quod ex factâ demonstratione tanquã lucrum colligitur. Notes tamen quæso *Corollariorum* nomine quoque venire, quæ eodem modo nudè sub *principiis demonstrativis*, Axiomatibus puta & Observationibus, intelliguntur. 2. *Lemma*, quod est demonstratio alicujus præmissæ, extra numerum ordinariarum Propositionum cadentis, tum ut quæsitæ demonstratio fiat *brevior*

brevior, tum ut sequentes Proposi-
 tiones ordinariæ eò *perfectius* & me-
 liùs demonstrari possint. 3. *Ἐνστασις*
 seu *Instantia*, quâ ea, quæ demon-
 strationis principiis, aut ipsi Propo-
 sitioni, aut ejusdem Corollariis ob-
 staculo seu remoræ esse possunt, aut
 limitantur aut planè removentur.
 Negare tamen non possumus, non
 nunquam melioris doctrinæ gratiâ,
 quò nempe auditori scrupulum sta-
 tim eximamus, *Ἐνστασις* demonstra-
 tioni aut *præmitti*, aut etiam brevita-
 tis gratia *interferi*. 4. *Regressus*, qui
 est, quando antecedens quædam
 Propositio per subsequentem defen-
 ditur. Alio dicitur nomine *Circulus*,
 & cum appendice seu appposito *Cir-
 culus analyticus*, ad differentiam scili-
 cet circuli *Sophistici*, seu *petitionis prin-
 cipii*; quippe qui adhuc ignotum pro
 causâ sumens, *ἠεὶ φασιν* h. e. *colo-
 rem* tantummodò & speciem veri Re-
 gressus demonstrativi mentitur.

§. 18. Problemata dialectica
 sunt

sunt effata, quæ aut olim inter do-
 ctiores probabiliter topicève disce-
 ptata fuere: aut hodiedum ad idem
 contentions littus reciprocantur.
 Atque hæc talis disceptatio ortum
 suum habet vel ex ipsius *materie du-*
bie conditione, vel ex *ignorantia* ἢ
 τὴν διάθεσιν seu *quoad pravam disposi-*
tionem. Nam cum sinistra intellectio
 rerum & perceptio multorum fomes
 est certaminum, quotidianâ teste
 experienciâ: tum de *dubis* tantum-
 modò, non de *veris*, secundè & ritè
 intellectis (qualia sunt omnia, quæ
 in tribus præcedentibus disciplina-
 rum partibus occurrunt) sanæ men-
 tis homines disputare solent. Quo-
 circa si quis esset, qui forsitan ignem
 urere negaret, cum eò non verbis
 disputandum: sed hunc talem *igni*
 admovendum arbitror, donec cale-
 scat plus satis, atque id, quod nega-
 bat, sine argumentis fateatur. Simi-
 liter *risu* potius, quàm responsione,
 (nisi forsitan ex *commiseratione*) dignus
 est,

est, qui definitionem, aut aliud principium demonstrationis, vel etiam Propositionem demonstrativam loco Propositionis dialecticæ proponere aufit. Quæ cum ita sint, evidens est & liquidò patet, Problemata *dialectica* esse *Mathematicis* Problematibus (de quibus in præcedentibus dixi) distincta. Dicuntur autem Problemata dialectica (aliàs *Propositiones* aut *themata dialectica*) vulgò *Questiones*, Græcè *ζητήματα*, eo quòd scilicet plerumque per interrogationem formantur: item *ἔνδοξα* seu *probabilia & topica*, quibus *ἰσχυρόδοξα*, seu quæ præter aut contra opiniones hominum talia sunt, opponi solent. Modus autem Problemata dialectica tractandi seu proponendi post *statum controversiæ*, seu disceptationis, tanquam rei totius cardinem ritè formatum & constitutum (siquidem altioris fuerint indaginis & alicujus momenti) potissimum *triplex* observari solet. *Aut enim primò vera sen-*
ten-

tentia constituitur & firmatur, aliorumque argumenta, opiniones & sophismata vel penitus refutandò, vel si quid veri continent, indicandò examinantur: *Aut* primùm falsæ opiniones & sophismata refelluntur, & ad verum properatur: *Aut* deniq; in utramq; partem (pro & contra, vocant Barbari Scholastici nostri) rationes & argumenta proponuntur, veritas statuitur, confirmatur & postmodum contrariæ rationes solvuntur. Ubivis verò post Problema, seu quæstionem, hoc modò satis ventilatam, communiter *summaria* instituitur *dictorum repetitio*, quã Græci ἀνακεφαλῶσιν, Barbari vulgò recapitulationem vocant, adjectâ formulâ: *Quod erat decidendum.* Nempe ad eum planè modum, quò Theorematis clausula ὅπερ ἔδει δεῖξαι, *Quod erat demonstrandum:* & Problematibus demonstrativis epilogus, ὅπερ ἔδει ποιῆσαι, *Quod erat faciendum;* ad instar *triumphi* cujusdam superaddi solet. §. 19.

§. 19. Atque hæc in præfens de
methodo Euclideâ quasi compendio
 adduxisse sufficiat. Accuratiorem
 & perfectiorem notitiam, si quis de
 singulis hujus doctrinæ nobilissimæ
 capitibus desiderat: geminos Viri
 Clarissimi Dn. ERHARDI WEIGE-
 LII, *Mathematicum* in Academia pro-
 pter Salam celeberrimi *Professoris*,
 tractatûs aurô contrâ chariores, *A-*
nalysin puta *Aristotelicam ex Euclide re-*
stitutam, & *Sphericam Euclideanam* pote-
 rit consulere. Prior enim demon-
 strationem Mathematicam in actu,
 ut loquuntur, *signatô* ante oculos na-
 tivâ ponit facie contemplandam:
 quam, sis, sine præconceptis opinio-
 nibus legere potes: sanctissimè tibi
 recipio, **PERLEGISSE NON POENI-**
TEBIT: Posterior verò præcepta a-
 nalytica ad cælum accommodat in-
 geniosissimè, adeoq; de demonstra-
 tione in actu agit *exercitô*. In quô
 posteriori orbis eruditus hoc tan-
 tum desiderat, ut, quantû ad partem
 pra-

practicam, publicis lectionibus jam dudum tractatam, auctior propediem lucem aspiciat publicam. Ego sanè, si in subsequenti-
bus Grammaticis, quas pro qua-
tuor jam memoratis methodi Eucli-
dæ partibus, totidem quoque libris
seu voluminibus comprehensus
sum, præ laudatum *Euclidem Salanum*,
Præceptorem quippe meum quon-
dam fidelissimum pariter & honora-
tissimum, quodammodo tantum
imitandò sequi poterò, erit, quò
de mihi opere gratuler
maximò,

Ele-

Elementorum
GRAMMATICES
EUCLIDEÆ

LIB. I.

*Definitiones Subjecti compre-
hendens.*

SECT. I.

De Vocabulis Latinis eorum-
demque principiis.

DEF. I.

*Vocabula Latina sunt voces homi-
nis articulatae, quæ conceptus, de rebus
formatos, ex Latinorum impositione si-
gnificant.*

SCHOLIUM.

§. I.



*Vocabulum est nomen de-
rivatum, descendens à
verbò voco, quod ex pri-
mæva significatione suâ
idem est ac ad cœnam in-*

C

vitare;

vitare, unde olim, qui invitabant, *vocatores*, quemadmodum ipsæ *invitationes* fuere *vocationes* appellatae: postmodum verò idem verbum pro *nominare*, *efferre*, *loqui*, usurpari cœptum est. Sensu posteriore quid quæso *vocabulum* à *voco* derivatum, denotabit aliud, quàm *id*, quò unumquodque *vocatur*.

§. 2. Dicitur *vocabulum*, aliò nomine *vox* & *verbum*, nec non diminutivò nomine *vocula* & *verbulum* per *synecdochen*; item *dictio*: Quamquam hoc nomen ultimum *stylò Tullianò* orationem potiùs, ex *vocabulis* constantem, quàm nudam *vocem* denotare videatur. Sic enim Cicero lib. 1. de Orat. *Educenda deinde dictio est ex hac domesticâ exercitatione & umbratili, medium in agmen, in pulverem, in clamorem, in castra, atque aciem forenses*. Philosophi *vocabulum* communiter vocant *terminum*, & quidem in *laxiori* significato, quò ipsæ *negationes*, *copula* item &

& syncategoremata vocari solent
termini.

§. 3. Dicuntur autem vocabu-
la Latina *voces articulatae*, *que conce-
ptus, de rebus formatos, ex Latinorum,
impositione significant*. Etenim *essentia*
seu natura vocabulorū cū in qua-
libet aliā, tum in Latinā Lingvā tri-
bus præcipuè absolvitur *principiis*,
quorum unum est quasi *materiale*, al-
terum *fundamentale*, & tertium seu
postremum *formale* dici potest. Ma-
teriale principium, est ipsa, ut ita
dicam, *articulatio* vocis, seu sonus
articulatus, qualem soli ori humano
ex mera divini Numinis benivolā
voluntate, & inæstimabili supremæ
Naturæ beneficiā, diversissimis &
modò non infinitis formare modis
concessum est.

§. 4. Fundamentale vocabulo-
rum Latinorum principium est *con-
ceptuum de rebus formatorum significa-
tio*. Nam cū solus omnium ani-
mantium homo sit intellectu prædi-
tus,

tus, & quidem non sensu tantum-
modò, quemadmodum bruta; sed
& ratione res à Deò creatas cogno-
scere & perpendere, adeoq̄ve certos
de quocunq̄ve cogitabili conceptûs
sibi formare valeat: hinc Deus quo-
q̄ve os hominis ita formavit, ut quo-
niam res ipsas ex conceptu mentis
suæ aliter in medium proferre ne-
quit, sonis articulatis, tanquam cer-
tis signis, conceptûs suos aliis com-
municare, & notiones externas arti-
culatim in rerum vicem substituere
possit.

§. 5. Formale vocabulorum La-
tinorum principium est *humanum*,
seu *arbitrium* seu institutum. Cùm
enim soni articulati, qui conceptûs
de rebus formatos, significare pos-
sunt, in infinitum sint variabiles: id
quod satis superq̄ve ex solâ Lingva-
rum diversitate patet: sanè rectæ ra-
tionis dictamen omninò svasit, hac
in parte, si non expressâ, tacitâ saltē
conventionem seu consensione, certi
quid

quid statuere, & determinare, adeo-
que diversis & certis conceptibus,
diversa quoque & certa nomina seu
vocabula imponere.

§. 6. Quæ cum ita sint, evidens
est vocabulis in genere spectatis, di-
stingvi *voces naturales*, quales non
tantum sunt *brutorum*, veluti rugitus
leonum, hinnitus equorum; sed
& *ipsius hominis*, v. g. risus, sibilus, ge-
mitus, suspiria, quæ certos animi af-
fectus *naturaliter* significat. Dicuntur
naturaliter. Nam quamvis istis quoque ex
impositione indita sint vocabula
(quas *Interjectiones* Grammatici di-
cunt) ù naturam quoque convenientiam;
quia tamen non sunt conceptus in
mente humanam formati; ideo à vo-
cabulis Latinis *proprie* *traditis* seque-
strantur. Similiter *voces artificiales*,
quales sunt rerum inanimatarum,
videlicet campanarum, arte quando-
que sonum certum edentium. Maxi-
mè verò Latinis vocabulis distin-
guuntur etiam voces, quæ ad analogi-

am vocabulorum Latinorum quidē sunt formatæ; *potestatem* tamen *significandi ex institucō humanō*, & civitatis Latinæ magistratu, *nondum nactæ sunt*, utpote sunt *scantrin*, *lomrūm*, *rirsi*, *scindapsis* & similes.

§. 7. Cæterum vocabula Latina considerantur vel in *genere*, vel in *specie*. Et in genere quidem secundum 1. *Principia*. 2. *Species*, & denique 3. *Affectiones*.

DEF. II.

Principia vocabulorum Latinorum sunt, à quibus eadem oriuntur & dependent, quibusq; perficiuntur.

SCHOLIUM.

Vocabulorum Latinorum *principia* duorum sunt generum. Alia enim sunt *constituentia*, seu à quibus eadem dependent & procedunt: Alia verò *perficientia*, seu quibus in actum deducuntur. Illa, nempe, *constituentia*, sunt talia vel naturaliter, quæ *Elementa* dicturi sumus: vel

vel artificialiter, quas communiter *Litteras* vocitant. Istorum, nempe perfectientium principiorum, similiter aliud est naturale, ut *Pronunciatio*; aliud verò artificiale, ut *Scriptio*.

DEF. III.

Elementa sunt principia, ex quibus vocabulum naturaliter constituitur.

SCHOL.

§. 1. Elementa, Græcè στοιχεῖα, propriè & accuratè loquendò ejusmodi principia, ex quibus corpora constituuntur naturalia, denotant: idem tamen nomen principiis vocabulorum translatione quadam scitè accommodatur. Nam ut corpora naturalia secundum antiquissimorum Philosophorum, veluti *Democriti*, sententiam ex *atomis*; aut, quod idem est, ex recentiorum mente, veluti *Cartesii*, *Gassendi*, ex *moleculis*, tanquam corpusculis seminariis coagmentantur, quæ certâ constant extensione, & ad instar individuorum

in alias particulas quasi frangi nequeunt: Sic vocabula ex elementis, tanquam *sonis illis primis* conflantur, qui certâ modulatione, tanquam figurâ, præditi in minutiores particulas distrahi nequeunt.

§. 2. Ut autem vel ex hoc capite manifestum est, nomen *elementum* Vocalibus tantummodo & Consonis competere; nobis tamen melioris *doctrine* gratiâ in præsens citra omne aliorum præjudicium liceat eandem vocem ad omnia, quæ vocabulum naturaliter spectatum quomocumque constituunt, *extendere*.

§. 3. Atque ex hac ipsâ hypothesisi elementa vocabulorum Latinorum sunt

vel *simplicia*, seu prima, quæ sonant

vel *per se* & perfectè, ut *Vocales*,
vel *imperfectè* & non sine Vocali, ut *Consonæ*:

vel *composita* ex primis, quæ sunt
vel *homogenea* seu *pura*, & ex
duabus constant

vel

vel Vocalibus, ut *Diphthongi*,
 vel Consonis, ut *Duplices*;
 vel heterogenea seu *impura*, ut
Syllaba.

DEF. IV.

*Vocales sunt elementa simplicia, quæ
 per se sonant.*

SCHOLIUM.

§. 1. Dicuntur Vocales *elemen-
 ta simplicia* respectu elementorum
 compositorum, videlicet duplici-
 um, diphthongorum & syllabarum:
per se verò sonare dicuntur, ut distin-
 guantur à Consonis, utpote quæ
 non nisi cum Vocali sonant.

§. 2. Cæterum Vocalium, pên-
 culatiùs si dicere avemus, *quinque*
 tantummodò numerantur, videli-
 cet *A, E, I, O, U*, quemadmodum
corporum Platoniorum seu regulari-
 um quinque duntaxat reperiuntur,
 nempe *Tetraëdrum, Hexaëdrum, O-
 ctaëdrum, Dodecaëdrum & Icosië-
 drum.*

C 5

DEF.

DEF. V.

Consonæ sunt elementa simplicia, quæ non nisi Vocalis alicujus ope sonant.

SCHOL.

§. 1. *Consona seu Consonans nomen est compositum à con & sono, adeoqve vi vocis significat elementum, quod cum aliò sonat. Et rectè quidem, quandoquidem Consona non sonat, nisi ab aliquâ Vocalium, eaqve vel præpositâ vel postpositâ, animetur.*

§. 2. *Cæterum Consonarum aliæ sonum habent clariorem, dicunturqve Semivocales; aliæ obtusiorum, & Mutarum nomine venire solent.*

DEF. VI.

Semivocales sunt Consonæ, quæ sonò gaudent clariore.

SCHOL.

§. 1. *Dicuntur Semivocales, quòd ad vocales quàm proximè accedunt,*
&

& post Vocalem aliquam diu sonitum continuare valent.

§. 2. Sonant verò Semivocalium aliarum magis *acutè*, ut *Liquida*; aliarum magis cum *Spiritu*, unde & *Spirantes* audiunt.

DEF. VII.

Liquidæ sunt semivocales, quæ post Mutas quasi liquefcunt.

SCHOL.

§. 1. Dicuntur *Liquidæ*, quia post Mutas quasi liquefcunt, hoc est, sicut metallum aut cera liquata molli-
tie suâ diffluunt, adeoquæ vix Consonantem valent. Etenim *Liquidæ* cum præviâ Mutâ (non obstante
H quod intervenit, quid? & Mutam Consonantem præcedente) in eandem coalescunt : & Mutam sequentes præcedentem vocalem brevem haud produ-
cunt, ideoquæ tempus non geminant, ut volucres. Adhæc *Liquidæ* syllabam, naturâ brevem, non produ-
cunt de necessitate, sed communem faciunt.

§. 2. Porro *quatuor* sunt elementa liquida *L M N R*.

DEF. VIII.

Spirantes sunt semivocales, quæ cum spiritu seu flatu sonant.

SCHOL.

Spirantium, quas forsan in collatione ad Liquidas aptius semivocales *illiquidas* dicere possemus, numerò *duæ* sunt. Et quidem ratione organorum pronuntiatoriorum una *Labialis*, ut *F*, quæ cum flatu pronuntiatur, dentibus primoribus, iisque superioribus, labium inferius prementibus: Altera *Dentalis* *S*, quæ cum sibilò stridet.

DEF. IX.

Mutæ sunt consonæ, quæ sonum edunt obtusorem.

SCHOL.

§. 1. Dicuntur *Mutæ*, eò quòd nec à sinistris tacitè gerant *Vocalem*, secus ac semivocales; nec sine sociatâ

tâ Vocali ad dextram, quantumcun-
que coneris, eas proferre queas.

§. 2. Dicuntur *sonum edere obtusi-*
orem, non quidem quatenus solutè
& solitariè considerantur, sic enim,
uti jam jactum, ab omni sonò sunt
immunes; verùm quatenus uni ali-
cui vocalium ad dextram sociatæ
sunt; tunc enim respectu semivoca-
lium obtusius sonant.

§. 3. Cæterum Mutarum Conso-
nantium sunt *novem B, C, D, G, H,*
Jod, P, T, Vau.

DEF. X.

Diphthongi sunt elementa, ex dua-
bus Vocalibus composita.

SCHOL.

§. 1. Nomen *Diphthongus* natione
Græcum est. Descendit enim à *dis*
bis, & *φθόγγος* sonus: ideoque vi
nominis elementum denotat, quod
geminum seu duplicem sonum e-
dit.

§. 2. Dicuntur *elementa, ex duabus*

Vocalibus composita, quia in hoc solò
Diphthongorum consistit natura
& essentia, unde quoque non ineptè
Bivocales vocari solent.

§. 3. Cæterum ejusmodi Di-
phthongorū quàm plurimas & qui-
dem minimum *tredecim*, nempe *AA*,
AE, *AI*, *AU*, *EE*, *EI*, *EU*, *II*, *OE*, *OI*,
OO, *OU*, & *UIdari*, vel ex diversâ di-
versarum nationum pronunciatio-
ne, quod ad unum idemque voca-
bulum, liquet: Gaudendum tamen
potiùs quàm dolendum est, quòd
Latini vulgò plerasque in *meras* ferè
vocales convertere, adeoque fermè
non nisi *AE*, *OE*, *AU*, *EU*, peculiari-
ter attendere soleant, quemadmo-
dum id ipsum clariùs ex mox dicen-
dis patefcet.

DEF. XI.

*Duplices sunt elementa ex duabus
Consonis composita.*

SCHOL.

Ejusmodi duplices, quas alii *Bi-*

con

consonantes vocant, apud Latinos sunt X & Z, quorum illud ex CG vel GS; hoc verò ex DS est compositum. Ad quarum classem spectat quoque Q, dummodo idem sit, ac CV, ex quâ hypothesi, quod obiter noto, *Coqus* non *Coqvus* scribendum esset. Præter hæc tamen adhuc alia in Latinâ Lingvâ elementa dantur duplicia, veluti CH, PH, TH, CR, TR, PN, PS, ST. Quibus tamen peculiare induere characteres seu litteras nihilò magis utile, necessariumve arbitror, quàm Cæsaris Claudii *Antisigma* (respondere autem id Græcorum ψ debebat) fuit, quod usu quoque mox exolevit.

DEF. XII.

Syllabæ sunt elementa, quæ ex Vocalibus & Consonis simul componuntur.

SCHOL.

§. 1. *Syllaba Græcum est vocabulum significans comprehensionem à συλλαβή, quandoquidem plura elementa*

lementa comprehendit, & quasi supponit.

§. 2. Accipitur autem syllaba dupliciter, nempe vel *proprie* vel *improprie*. *Proprie* dicta syllaba est, quam nos definivimus: *improprie* accepta syllaba dici quoque solet Vocalis & Diphthongus, quæ syllabæ ex natura suâ distinctæ sunt. Id quod tamen mirandum non est, cum *improprie* & *catachresticæ* loqvutiones in rebus denominandis vel in ipsâ Philosophiâ sint longè frequentissimæ.

§. 3. Cæterum syllaba in tam laxa & *impropria* significatione constat
 1. ex Vocali sola, ut *I*, i. e. progredere
 2. ex Vocali & Consona, ut *De*. 3. ex Vocali & Consonis duabus ut *fit*. 4. ex Vocali & Duplici, ut *ens*, *Rex*. 6. ex Vocali & tribus consonis, ut *Strena*. *Dens*. 7. ex Vocali & quatuor Consonis ut *Astbma*. 8. ex diphthongo sola, ut *Au-rum*. 9. ex diphthongo & Consona, ut *Cau-sa*.

DEE

DEF. XIII.

Literæ sunt figuræ, quibus elementa designantur.

SCHOL.

§. 1. *Litera* Græcis *γράμμα*, unde suam deducat originem, eruditi, inter se non consentiunt. Alii nomen *Litera* dictum contendunt quod *legitera*, eò quod legendò iteretur. Alii vocatum hariolantur à *lituris*, eò quòd in tabulis ceratis antiqui scribere solebant, posteaquæ delere; quemadmodum nos adhuc in pugillaribus scribimus, scriptaque delemus. Mihi, salvò aliorum judiciò, *litera* est quasi *lineatura*, ex emtis scilicet aliquot elementis, & adhibitò antistæcho seu antithesi. *Lineatura* verò est à *lineare*, quod est lineas ducere, seu minimam designare corporis dimensionem seu directionem linò, aut aliò filò aut funiculò subtilissimò.

§. 2. Dicuntur autem *Literæ figura,*

gura, quia sunt characteres, seu ma-
 vis terminò metaphysicò, signa,
 quibus elementa vocabulorum formantur
 & significantur. Id quod tamen non
 de omnibus ac singulis in univer-
 sum elementis, sed de vocalibus po-
 tissimum & Consonis, tanquam ele-
 mentis *simplicibus* intelligendum est.
 Etenim diligenti primorum auto-
 rum meditatione & consiliò factum
 est, ut his tantummodò, & præter-
 ea paucis compositis, & quidem a-
 pud Latinos non nisi *Diphthongis*
AE figura *Æ*, *OE* figura *Œ* (quam-
 vis & hæ duæ figuræ ab imperitis
 sæpiùs confundantur) & *Duplicibus*
DS itera *Z* ac *GS* vel *CG* character
X, item ex *Vellii Longini* sententiâ *CV*
 signum *Q*, tanquam peculiare lite-
 ræ, fuerint assignatæ. Si enim singu-
 lis compositis veluti *OI*, *UI*, *BL*,
CR, *GL*, *PN*, *PS*, *TR*, *RS*, *ST*, ejus-
 modi affinxissent literas, in immen-
 sum sanè auctus fuisset literarum
 numerus. Quod quàm molestum
 sit

fit & prolixum, *Chinenses*, ultimi Orientis populi, utpote penes quos non singulis compositis elementis, sed singulis vocabulis certus & peculiaris character est inditus, optimè norunt. Ac proinde nos, qui elementorum duntaxat simplicium signa à majoribus accepimus, quàm compendiosum sit hoc inventum, & conveniens, eloqui vix valemus.

§. 3. Licet autem Literas *ab initio* in merò autorum primorum *arbitriò* positas fuisse, vel exinde, quòd singulis ferè nationibus sunt suæ propriæ, clarum est: nostrò tamen ævò, ubi jam semel sunt constitutæ, tacitoque utentium consensu approbatæ, figurari *aliter* jure nequeunt. Quamquam si omnes ac singulæ in totò terrarum orbe gentes uniusmodi v. g. Romanis literis suam exprimerent linguam, quàm compendiarium istud hominum societati, quàm commodum atque utile Reipublicæ fore Literariæ putabimus.

§. 4.

§. 4. Non autem elementa duntaxat pro lingvarum diversitate diversas ferè literas sortiuntur; id quod lingua Ebræa, Syriaca, Arabica, Aethiopica ad oculum ostendunt: sed elementa quoque *diversis* literarum, *nomini*bus gaudere solent. Aliter enim Ebræus, aliter Græcus, alii aliter elementa atque adeò literas appellitant. Omnes tamen nationes hac in parte *Latini*, cumque iisdem *Germani* nostrates, nativos quasi sonos, veluti *be, ce, de*, retinendò, superant. Vocales namque & Consonæ, cum sint elementa vocabulorum magis *simplicia*, meritò quoque nomina sive *titulos* sustinent *perbreves* seu simplices.

§. 5. Porro, quò se *ordine* Literæ insequi debeant, curiosius velle esse sollicitum; si non supersticiosam, otiosam tamen sapere videtur sapientiam: præprimis iis in Lingvis, in quibus Spiritus Sanctus ordinem ipsum non improbavit. Interim *tirunculi*

runculi memoriam, eò quò se naturali insequantur ordine, iuvare velle, cuilibet facilè integrum relinquitur.

§. 6. Cæterum C Consona & Vocalis U apud Latinos non uno, ut alia elementa, caractere gaudent, sed pluribus ferè pinguntur. Et quidem C in vocabulis aliis ut C scribitur, in aliis verò Q nominatur & scribitur, dummodo Q non sit duplex, sed simplex elementum. Quinimò si vocabula fuerint *Græca*, C quandoque ut K (quod Latinorum C æquipollet) formatur. Similiter U in vocabulis *Græcis* ut Y, quod idem Latinorum U respondet, (veluti ex unicò exemplò patet) scribi solet, ut *lachryma*, *hymnus*.

§. 7. Possunt autem Latinorum Literæ inter se collatæ commodissimè dividi in *majusculas* & *minusculas*.

DEF.

DEF. XIV.

Literæ majusculæ sunt literæ, quæ majori spatiû comprehenduntur.

SCHOL.

§. 1. Dicuntur vulgò literæ majusculæ in officinis typographicis *Versales, unciales, & capitales*; eò quòd in versuum & periodorum initis adhiberi solent. Earum ordo, quò in libellis recensentur alphabeticis, est
 ABCDEFGHIJKLMNOPQ
 RSTUVXYZ.

§. 2. Cæterum literæ majusculæ utilitatem suam vel *numerandi* impertiuntur *negotio*, vel quorundam *Prænominum ac dignitatum titulis*. Prius Latini septem literis *M. mille*; *D. quingenta*, *C. centum*, *L. quinquaginta*, *X. decem*, *V. quinque*, *I. unum* denotantibus, expediunt. Ubi tenendum, si majori minor præponatur numerus, ab eò tantundem demum oportere, quantum minor valet.

§. 3. Ex *Prænominibus*, iisque anti-
 qui-

qvioribus, quæ unicâ literâ, eaqve
versali, significantur, frequentiora
sunt: A. *Aulus*, C. *Cajus*, D. *Decimus*,
P. *Publius*. Huc referri quodam-
modo possunt P. C. *Patres Con-*
scripti, S. P. Q. R. *Senatus Populusq; Ro-*
manus.

§ 4. *Dignitatum* tituli neminem
civiliter viventem latere possunt.

DEF. XV.

Literæ minuscule dicuntur literæ,
quæ minori spatio comprehenduntur.

SCHOL.

§. 1. Minuscularum literarum,
ordo idem est cum literis majuscu-
lis, nempe a b c d e f g h i j k l m n o p
q r s t u v x y z.

§. 2. Atque ex ipsæ literæ in scri-
bendô vel *separantur*, vel *inter se co-*
pulantur, prout nimirum rei com-
moditas id ipsum svadere videtur.
Illud propterea in libris excudendis
potissimum locum habet: istud ve-
rò amanuensibus & plerisque est in-
more positum.

DEF.

DEF. XVI.

Pronunciatio est principium, quò elementa, vocabulum Latinum constituentia, proferuntur.

SCHOL.

§. 1. Pronunciatio dicitur *Lectio*, quando vocabulum, Literis pronunciatum, legitur. De quâ sive pronunciatione sive lectione vel in vernaculâ lingvâ, multi adeò sunt solliciti, ut insanam illorum *curiositatem* satis demirari nequeas. Ego talem, qualem illos ipsos desiderare video pronuncianti modum, ne in aureò quidem illò seculò, de quò Poëtæ fabulantur, extitisse existimo, modernâque efferendi ratione etiam in Latinâ Lingvâ, perinde ac *nummorum valore* utendum esse censeo. Nam, præterquam quòd veram Latini sermonis orthopœiam explicare, vel *doctissimis*, & in omni antiquitate versatissimis, haud est integrum: insuper unusquisque quoque suæ
nati-

nationis homines, non minus ac in vernaculâ lingvâ, rectius aliis pronunciare, ferè sibi satis firmiter persuasum habet; & vix ac ne vix quidem eò adduci potest, ut eum pronunciandi modum, cui jam assuevit, mutare velit.

§. 2. Etsi igitur ex hoc capite, susq̄ve deq̄ve habere possumus, utrum nostra, si qua futura est posteritas, hodiernam pronunciandi rationem, sive jam sit vera, sive spuria, receptura sit nec ne: fateri tamen oportet, non contemnendam utilitatem in eos, qui calamò dictata excipiant, esse redundaturam, si *litterarum, meliora hîc docentium*, consiliû non penitus negligeretur: cum primis autem, si ea, quæ penitus *contra naturam* est pronuntiatio, veluti cum Diphthongi altera vocalis vel non effertur ut in Cedo pro Cædo; vel in Consonantem mutatur ut in Pavlus pro Paulus, fugeretur.

§. 3. Cæterum quod literæ vocabu-

D

cabu-

cabulorum compositorum congruenter sequentibus mutantur: illud non vago casui, sed *celeriori lingvæ motui* & labiorum, facilius transeuntium, pulsui tribuendum venit. *Pronunciationem enim facilem & expeditam omnes omninò gentes amant & usurpant.* Utrū igitur pro *alloqvor* adloqvor pronunciantes rectè faciant, ipsemet ex hoc capite facilè judicare poteris.

DEF. XVII.

Scriptura est principium, quò literæ, vocabula denotantes, representantur.

SCHOL.

Scriptura, seu, quod idem est, *scriptio*, adeò nobile, utile ac necessarium in vitâ humanâ seu civili inventum est, ut id ipsum verbis satis prædicari nequeat. Rationem scribendi Præceptoris, graphicè characteres pingentis, docet *solertia* optimè, & optimorum exemplarium *imitatio*. Quod si scriptio cum *venustate* est conjuncta, bonarum artium cultu-

cultori, si non promotionis adju-
mento, certè tamen ornamento eru-
ditionis est maximo. Ad quam ta-
men infimul *dividendi & connectendi*
vocabula rationem pertinere scias,
in quâ non parvum eruditionis mo-
mentum hodiè collocari solet.

§. 2. Cæterum Latina Lingva
vel ex eò commendanda venit, quòd
eadem, pariter ac Germanica, ferè
omnes vocabulorum *litteras* eo mo-
dò *scribit*, quemadmodum vocabula
eorumque elementa *pronunciat*. Boni
enim viri est, non aliter scribere,
quàm loqui, quemadmodum non
aliter loqui, quàm sentire. Cujus
rei contrarium cum in *Gallicâ* lingua
eveniat, nunquam animum, ut eam
addiscerem, inducere potui. Et
nescio, an non maxima pars *stultitiæ*
Germanicæ sit, hujus lingvæ discendæ
gratiâ liberos magnò numero, ma-
gnisqve insuper sumtibus in Galli-
am mittere: maxime cum experien-
tiâ cognitum sit, neminem Germa-

num unquam meliorem, quam illuc profectus fuerat, reversum fuisse: sed plerumque animum ab honestate, integritate, gravitate *germanicâ* alienum, certisque quibusdam *Axiomatibus* Politicis, Imperio Romano *infestissimis*, domum retulisse. Sed hæc obiter.

S E C T. II.

DE VOCABULORUM LATINORUM SPECIEBUS.

DEFINITIO XIIII.

Species vocabulorum Latinorum sunt idæ, quibus eadem essentialiter inter se discernuntur.

SCHOLIUM.

§. I. Vocabulorum Latinorum *species*, quæ vulgò *partes* dicuntur, *orationis*, definimus *idæ*, nominis hoc accipientes eò significatu, quò veteribus Philosophorum venire consuevit. Nimirum prout denotat *genera & species*: quippe quæ sunt

idæ

ideæ quasi prædicamentales, ab ipsis individuis abstractæ, non aliter ac digiti decadesq; ideæ sunt numerales ab ipsis unitatibus seorsim conceptæ.

§. 2. *Dicuntur ideæ, quibus vocabula, ex instituto puta significantia, inter se essentialiter discernuntur. Ecce enim ideæ non accidentia, sed ipsam quasi rerum substantiam & essentiam cōcernunt. Atq; hæc discrimina quasi essentialia vocabulorum, ex instituto jam significantium, ulteriora, dicimus species, ad quas singula vocabula ceu individua referri possunt.*

§. 3. *Cæterum ideæ vocabulorum, & ita ipsa quoque vocabula, commodissime dividi posse videntur in principalia & minus principalia. Principalia sunt, quæ sibi conjuncta sensum absolvere possunt, ut *Nomen* & *Verbum*: Minus principalia seu secundaria dicimus, quæ sensum absolvere nequeunt, quocumque tandem jungantur modò, & generali nomine dicuntur *Particulæ*.*

DEF. XIX.

Nomen est vocabulum principale, quod sine tempore significat.

SCHOL.

§. 1. *Sine tempore significare idem est ac nullam determinatam temporis differentiam, quales sunt presens, prateritum, & futurū includere. Unde vocabula hæc cœna, annus, dies, mensis, nomina esse, non verba, expeditū est.*

§. 2. *Cæterum Nomen est vel Substantivum vel Adjectivum. Utrumque est vel primarium, quod vulgò absolutè Nomen dicitur: vel secundarium seu vicarium, quod communiter Pronominis titulò gaudet.*

DEF. XX.

Substantivum primarium est nomen, quod rem primò significat.

SCHOL.

§. 1. *Dicitur Substantivum; aut quòd rei ἁσίου seu essentialem, seu accidentalem significet: aut quòd significatio ejus substat vel subsistat per se absque altero: aut quòd substat*

stet prædicatis per copulam est vel explicitè vel implicitè.

§. 2. Dicitur Substantivum *rem primò significare*, ubi per rem nihil aliud intelligimus, quàm id, quod instar *subiecti* concipitur, sive jam ens verum sit, sive fictum; sive substantia seu quasi i. e. accidens.

§. 3. Est autem Substantivorum primariorum aliud *Proprium*, aliud verò *Commune*.

DEF. XXI.

Nomen Proprium est substantivum primarium, quod rem singularem significat.

SCHOL.

Dicitur Dialecticis *Individuum*, sunt quæ ejusmodi *Propria Alexander, Bucephalus, Lycisca*.

DEF. XXII.

Nomen commune est substantivum primarium, quod rem seu naturam universalem significat, ut Homo, Equus, Canis.

SCHOL.

Dicitur aliò nomine *Appellativum à potiori*, cum nempe iisdem frequen-

tius res significemus & appellemus, quam propriis seu Individuis. Nam & Propriis nos res significare, vel in vulgus notum est. Logici Nomina Communia vocant *Universalia*.

DEF. XXIII.

Substantivum vicarium est nomen, quod rem secundario denotat.

SCHOL.

Substantiva vicaria, seu, ut vulgò vocantur *Pronomina Substantiva*, sunt vel *absoluta* ut *Ego, Tu*: vel *reciprocum*, ut *Sui*. Quod posterius, reciprocum nempe, ita dicitur, quia reciprocatur vel tertiæ personæ actio ad eandem, vel posterioris verbi actio ad tertiã personã prioris Verbi.

DEF. XXIV.

Adjectivum primarium est nomen, quod rei modum primò significat.

SCHOL.

S. I. Dicitur *Adjectivum*, quia ejus significatio sine Substantivò concipi nequit: sed, ut commodè
con-

concipiatur, substantivo adjiciatur oportet. Græci vocant ἐπίθετον.

§. 2. Dicitur Adjectivum significare rei modum, in quò differt à Substantivo, quòd rem significat ipsam, non verò rei affectionem seu accidens, quod ad quæstionem qualis sit res, responderi solet, ut *rationalis, pulcher, candidus.*

DEF. XXV.

Adjectivum vicarium est nomen, quod rei modum secundariò significat.

SCHOL.

Adjectiva vicaria in duplici sunt discrimine. Aliud enim est *relativum*, aliud *reciprocum*.

DEF. XXVI.

Relativum est nomen Adjectivum vicarium, quòd res ita refertur, ut in se ipsam non reflectatur.

SCHOL.

Talia sunt *talis, qualis, tantus, quantus, ille, iste, is, ipse.*

D 5

DEF.

DEF. XXVII.

Reciprocum est nomen Adjectivum vicarium, quod in seipsum reflectitur, nempe Suus, a, um.

SCHOL.

Seu: reciprocum est, quod adhibetur, quum vel actio tertiæ personæ reciprocatur in rem ab eadem possessam: vel actio posterioris verbi tertiæ personæ reflectitur in tertiam prioris tanquam in possidentem.

DEF. XXIIIX.

Verbum est vocabulum principale, quod cum tempore significat, ut fio, amo, lego.

SCHOL.

§. 1. *Significare cum tempore est denotare certam temporis differentiam, quemadmodum sine tempore significare, est nullam certam temporis differentiã indicare. Sunt autem temporis differentia tres. Aliud enim est *Præsens*, aliud *Præteritum*.*

tum, aliud *Futurum*. Præteritum iterum est vel *Imperfectum*, vel *Perfectum*, vel *Plusquamperfectum*.

§. 2. Cæterum verba significant *cum tempore* aut *formarum fluxum* i. e. quatenus res sunt in motu ut fiant, ut *amo*, *doceo*, aut *formarum*, sive substantialium sive accidentalium, consistentiam, Græcè ὑπαρξιν, quia ipsum hoc esse significatur, ut *Cæsar est*. Ad quam posteriorem significationem referri debent verba, quando ἐνυπαρξιν seu existentiam significant, h. e. quando notæ sunt Conjunctionis seu copulæ, quibus aliquod nomen copulatur cum subjecto, ut *Cæsar est clemens*. Nam Propositionis hæc quid aliud quæso denotat, quam *clementiam esse seu reperiri in Cæsare*.

DEF. XXIX.

Particulae sunt vocabula minus principalia, quæ sine principalibus juncta sensum absolvere nequeunt.

D 6

SCHOL.

SCHOL.

§. 1. Dicuntur *Particulæ* aliàs *syncategoremata*, h. e. comprædicata, item *voces consignificativæ*, quia instar nervorum principalia vocabula, Nomen puta & Verbum, conjungunt, adeoq; colligationes concinnas, floridas & elegantes reddunt. Sunt autem eadem tam *multiis* significatibus plerumqve obnoxia, ut vel adultiores sæpenumero genuinum earundem significatum eruere, in oratione nequeant. Unde cum modò ad hanc, modò ad illam classem pertineant, propè consultiùs dixerim, arctam & exquisitam earundem considerationem, *Lexicis*, utpote quæ vocabulorum significata omnia & singula perstringunt, committere, quàm Grammaticos libros iisdem quasi prægnare. Verùm ne antiquitatem penitus hinc de ponte præcipitemus, pro more receptò eas quoq; hoc loco pressius aliquantò consideraturi sumus.

§. 2. Par-

§. 2. Particulæ igitur *quatuor* sunt generum. Vocabula namq[ue] principalia vel suô modô *determinant*, seu temperant, dum iisdem, aut præponuntur, ut *Præpositiones*; aut apponuntur, ut *Adverbia*: vel suô modô *exornant*, & quidem partim conjungendô, ut *Conjunctiones*: partim certum animi affectum interspergendô, ut *Interjectiones*.

DEF. XXX.

Præpositio est particula, quæ aliis vocabulis secum junctis ex naturâ suâ præponitur.

SCHOL.

§. 1. Dicitur Particula, quæ aliis vocabulis secum junctis & constructis præponitur, quia id ipsum semper fit, sive eadem Nomina sint, ut *Ad Patrem*: sive verba ut: *Adeo Patrem*.

§. 2. Dicitur Particula, quæ ex natura sua præponitur. Nam quando vocabulis postponitur, ut *Italiam contra*, vel etiam interponitur, ut

D >

gravi

gravi de causa, id fit non naturâ, sed ex arte & figurâ quâdam eleganti, ut inferiùs suô locô audituri sumus.

§. 3. Cæterum Præpositiones sunt vel *separabiles* vel *inseparabiles*. Separabiles extra compositionem certi quid significant, certumque Casum Nominis semper regunt. Eas unâ eademque operâ (recurrent autem suo locô inferiùs) in antecessum, hîc recensēbimus. Nempe Præpositiones separabiles adsciscunt vel *solum Accusativum*, ut: *Ad, apud, ante, adversus* vel *adversum, cis, citra, circa, circum, contra, erga, extra, intra, infra, juxta, ob, pone, per, propter, post, præter, penes, supra, secundum, trans, ultra*: vel *solum Ablativum*, ut *a, ab, abs, absque, cum, coram, de, e, ex, pro, præ, palam, sine, tenus*: vel *utrumque Casum*, ut *clam, in, sub, subter, super*.

§. 4. Inseparabiles Præpositiones sunt, quæ extra compositionem nihil significant, & in compositione tantùm reperiuntur, ut: *an* vel *am*,
dis

di vel *dis*, *re*, *se*, *ve*. Atque hæ priscis Grammaticis *Loquelares* vocabantur.

DEF. XXXI.

Adverbium est particula, quæ aliis vocabulis instar modi apponitur.

SCHOL.

§. 1. Dicitur *Adverbium à Verbô*, tanquam principali vocabulo, cui adjicitur. Negari enim nequit, Adverbia Verbis frequentius, quàm aliis vocabulis apponi. Eâdem ratione à Græcis dicitur *Ἐπίρρημα*.

§. 2. Dicitur particula, *quæ aliis vocabulis instar modi* h. e. qualitatis apponitur. Nam Adverbia inter particulas ferè eam rationem habent, quàm inter Nomina obtinent Adjectiva primaria. Hæc conditionem seu qualitatem Substantivorum demonstrant: Adverbia idem præstare adeò clarum est, ut ulteriori expositione res non indigeat.

§. 3. Cæterum Adverbia pro diversâ & variâ significatione vulgò
in

in plurimas classes dividi solent, quarum potiores sunt sequentes: Adverbia sunt *originis* seu *principii*, *eventus*, *numeri*, *facti*, *causæ*, *temporis*, *loci*, *motus*, *affirmandi*, *jurandi*, *negandi*, *hortandi*, *dubitandi*, *excludendi*, *congregandi*, *separandi*, *consuetudinis*, *similitudinis*, *comparandi*, *intendendi*, *remittendi*, *quantitatis*.

§. 4. Adverbia originis seu principii sunt *radicitus*, *funditus*, *stirpitus*, *divinitus*, *antiquitus*, quasi dicas à *radice*, à *fundo*, à *stirpe*, à *Deo*, ab *antiquo*.

§. 5. Adverbia eventus sunt *forte*, *temere*, *fortuito*.

§. 6. Adverbia numeri sunt: *sepe*, *identidem*, *plerumque*, *quotidie*, *toties*, *nunquam*, *unquam*, *semel*, *bis*, *iterum*, *ter*, *quater*, *quingies*, *sexies*, *septies*, *octies*, *novies*, *decies*, *vicies*, *tricies*, *quadragies*, *quingvages*.

§. 7. Facti adverbia sunt *an*, *anne*, *ne* enclitica, *num*, *numnam*. Ad quæ respondetur *ita*, *sic*, *etiam*, *quippeni*.

§. 8. Ad-

§. 8. Adverbia causæ sunt *quia*,
quoniam, *eò quod*, *ideò*, *eà re*, *hac re*,
propterea quòd. Quorum interroga-
 tiva sunt *cur*, *quin*, *quianam*, item *qua-*
re, seu *qua de re*, & *quamobrem*.

§. 9. Temporis adverbia sunt *he-*
ri, *hodiè*, *cras*, *pridie*, *postridie*, *perendie*,
nudius tertius, *nunc*, *jam*, *nuper*, *tandem*,
olim, *aliquando*, *pridem*, *dudum*, *tùm*,
quũ vel *cum*, *interim*, *statim*, *protinus*,
illicò, *extemplò*, *aditutum*, *repentè*, *manè*,
serò, *tempori*, *serius ocysus*. Eorum in-
 terrogativum est *Quando*.

§. 10. Adverbia Loci sunt: *hic* *i-*
stic, *ibi*, *ibidem*, *inibi*, *intus*, *foris*, *utro-*
biqve, *passim*, *supernè*, *infernè*, *infra*, *u-*
trinqve, *undiq;*, *undiqvag;*, *usqveqvaq;*,
intus, *subtus*, *necubi*, *ubiubi*, *alibi*, *neu-*
trubi, *ubivis*, *uspiam*, *usquam*, *nusquam*,
altrinsecus, *utrinquesecus*, *extrinsecus*,
intrinsecus. Horum interrogativum
 est *Ubi*.

§. 11. Motûs Adverbia sunt in
 quadruplici discrimine. Nam quæ-
 runt de motu *ad locum*, ut *quò*, *ubi*
 respon-

respondetur *istuc, buc, eò, illo, intrò, utroque, aliò, neutrò, versus, versum, foras, quoquò, peregrè, obviam, ultrò citro*. 2. *versus locum, ut quorsum, & respondetur horsum, istorsum, sursum vel susum, deorsum, rursum, prorsum, dextrorsum, levorsum*. 3. *per locum, ut qua, & respondetur hâc, istâc, illâc, quaquâ, quacunq, &c.* 4. *denique ex loco, ut unde, & respondetur hinc, illinc, istinc, inde, indidem, eminus, comminus, aliunde, foris.*

§. 12. Affirmandi Adverbia vel simpliciter affirmant, ut *ne, certè, nimirum, nempe, scilicet, videlicet, verè, sanè, profectò*: vel cum juramentò, ut *bercule, pol, adepol, mecastor, medius fidius*, quæ formulæ tamen ethnicæ Theologis orthodoxis, non sine prægnanti ratione improbantur.

§. 13. Negandi & prohibendi adverbia sunt: *non, ne, nequaquam, baud, baudquam, neutiquam, minimè.*

§. 14. Hortandi Adverbia sunt: *Eja, age, agite, agedum, ebodum, quin.*

§. 15. Ad-

§. 15. Adverbia dubitandi sunt *fortasse, fortassis, fors, forsean, fortassean, forsit, forsit an, forsfuat.*

§. 16. Excludendi Adverbia sunt: *tantum, tantummodo, solummodo, modo, duntaxat.*

§. 17. Congregandi Adverbia sunt: *simul, una, pariter, conjunctim, generatim, unversim, universaliter.*

§. 18. Separandi Adverbia sunt: *seorsum, seorsus, separatim, privatim, egregiè.*

§. 19. Moris seu consuetudinis Adverbia sunt *humanitus, ceteratim, & quæ Autoribus Classicis propter egregiam elegantiam sc. sunt solennia meatim, tuatim, suatim, urbanatim, rusticatim.*

§. 20. Similitudinis sunt: *Ut, uti, velut, veluti, sicut, sicuti, ita, item, itidem, quasi, ceu, quomodo.*

§. 21. Comparandi Adverbia sunt: *magis, æquè, tam, quàm, secus, valdè, oppidò.*

§. 22. Intendendi sunt *prorsus, penitus*

nitus, omninò, modò non, apprimè, non modò, nedum, imò, quin.

§. 23. Remittendi Adverbia sunt *sensim, paulatim, pededentim, vix, agrè, penè, fermè, ferè.*

§. 24. Quantitatis Adverbia, quæ respondent ad *quamdiu, sunt, tantisper, paulisper, aliquantisper, parumper, diu, olim.*

DEF. XXXII.

Conjunctio est particula, quæ vocabulis præcedentibus consequentia annectit.

SCHOL.

§. 1. Dicitur hæc particula *vocabula consequentia præcedentibus annectere: sive jam id fiat vi quædam, sive per consecutionem sive ornamenti gratiâ: sive jam sensum ipsum conjungant, sive disjungant.*

§. 2. Cæterum conjunctiones sunt variæ significationis. Sunt enim *copulativa, disjunctiva, conditionales, concessiva, adversativa, illativa, causales.*

§. 3. Co-

§. 3. Copulativæ sunt *et*, *que*, *ac*,
atq;, *quog;*, *etiam*, *cum* seu, *cum*, *tum*.

§. 4. Disjunctivæ sunt: *aut*, *vel*,
ve, *sive*, *seu*, *an*, *nec*, *neu*, *neve*, *neque*.

§. 5. Conditionales sunt: *si*, *sin*,
ni, *nisi*, *modò*, *dum*, *duntaxat*, *siquidem*,
hactenus.

§. 6. Concessivæ sunt: *quidem*,
equividem, *sanè*, *etsi*, *quanquam*.

§. 7. Adversativæ Conjunctiones
sunt *ast*, *at*, *sed*, *atque*, *tamen*, *tamen-*
etsi, *tametsi*, *autem*, *attamen*, *verò*.

§. 8. Illativæ sunt *ergo*, *igitur*, *i-*
taq;, *idcirco*.

§. 9. Causales, *nam*, *namq;*, *enim*,
enimverò, *etenim*, *quia*, *quoniam*, *siqui-*
dem, *quippe*, *utpote*.

DEF. XXXIII.

Interjectio est particula, quæ aliis
vocalibus interponitur, animi motum
aut affectum significat.

SCHOL.

§. 1. Interjectio dicitur ab interji-
ciendo, quia in oratione interjicitur:
Cum-

Cumq; animi affectûs, qui plerumq; in nobis coërcendi sunt, denotet, parcè *Interjectionibus* utendum esse, vel ipsa recta ratio svadere videtur.

§. 2. Cæterum *Interjectionum* alix uni tantum affectui inserviunt, alix pluribus exprimendis. Illæ exprimunt 1. gaudium *evax, eu, io, evohæ.* 2. risum tanquam gaudii effectum, *ba ba be.* 3. voluptatem gratulantis, *euge, eugepe.* 4. voluptatem insultantis, *bui.* 5. admirantis *Papæ.* 5. dolorem, *heu, eheu, ab!* 6. fletum, doloris effectum, *ho, ob, bo.* 7. indignationem, *heu, eheu, heu.* 8. cupiditatem optantis, *utinam.* 9. cupiditatem vocantis *heus, obe.* 10. cupiditatem blandientis, ut *eja.* 11. cupiditatem demonstrantis, ut *en, ecce, ec-cum, ellum.* 12. metum in genere, *atat.* 13. metum timentis, ne ab aliô audiatur, ut *st, au.* 14. metum fastidientis ut *phy, phuy, apage.*

§. 3. *Interjectiones*, pluribus affectibus inservientes, sunt: O exprimens

mens dolorem, gaudium, exclamacionem & optationem : *Hei* serviens dolori & minis seu diris aut imprecationibus : *Vab* serviens voluptati admirantis & irridentis, tum dolori indignantis : *Obe* serviens stomacho seu tædio ob dictum aut factum alicujus, & cupiditati ejus, qui ab eô dictô aut factô cessari expetit.

SECT. III.

DE VOCABULORUM
LATINORUM
AFFECTIONIBUS.

DEF. XXXIV.

Affectiones vocabulorum Latinorum sunt modi, quibus eadem certâ ratione denominantur vel æstimantur.

SCHOL.

§. I. Affectiones in genere nihil aliud sunt, quàm *proprietates*, attributa, aut prædicata, quæ extra primum rerum conceptum seu signatam essentiam cadunt. Dicuntur
Græ.

Græcè *ιδιώματα*, item *πάθη* h. e. *passiones*. Atque hæ tales, perinde ut aliarum disciplinarum subiecta, etiam vocabula comitantur Latina, uti jam pluribus visuri sumus.

§. 2. Sunt autem Affectiones vocabulorum Latinorum alia *denominativa* & *indeterminata*: alia *estimativa* & *determinata*. Illæ commodissimè mihi referri posse videntur, ad *Situm* & ad *Motum*: Hæ generali *Quantitatis* nomine venire solent.

DEF. XXXV.

Situs est affectio, quâ vocabula Latina se mutuò respiciunt.

§. 1. Situs vocabulorum Latinorum est vel internus, vel externus. Internus iterum est

vel magis absolutus, respiciens significationem

i. *simplicem*, propriam & conceptui, quem vocabulum significat,

i. *convenientem*, eamq̃

vel

vel veram, ut *Etymologia*,
 vel verisimilem, ut *Allusio*,
 vel disconvenientem, ut *Antiphrasis*;

vel exquisitiorem seu pondero-
 sam, ut *Emphasis*:

vel magis respectivus, respiciens
 vocabuli significationem
 vel diversam, supeditatam
 vel ab ipso vocabulo, ut *Suppositio*;

vel à diversis rebus, ut *Homonymia*:

vel unam eandemq;, ut *Synonymia*.

§. 2. Situs magis externus est
 vel vocabulis tantummodo prin-
 cipalibus *proprius*, estq;ve
 vel primarius, respiciens
 vel unitatem aut multitudi-
 nem, ut *Numerus*.

vel rei sub ordine demon-
 strationem, ut *Persona*.

vel secundarius respiciens eo-
 rundem

E

vel

vel notam characteristicam,
ut *Genus*.

vel terminationem finalem,
ut *Flexio*.

vel vocabulis omnibus *communis*,
competens iisdem, quatenus
spectantur

vel seorsim, respicitque
vel primitivitatem aut de-
rivationem, ut *Species*.

vel simplicitatem aut com-
positionem, ut *Figura*.

vel conjunctim, ut *Syntaxis*.

DEF. XXXVI.

Etymologia est vera & conceptui,
quem vocabulum denotat, conveni-
ens significatio, ut servus à servan-
do.

SCHOL.

§. 1. Dicitur *Etymologia*, item
etymon, ἀπὸ τῆς ἔτυμῃς & λόγῃς
sermo, adeoque vi vocis *veriloquium*
significat.

§. 2. Accipitur variis modis.
Præ-

Præter illam significationem, quæ Grammaticis certam disciplinæ nostræ partem, Syntaxi cum primis oppositam, denotat, *duæ* acceptiones sunt commemoratione dignæ. Nimirum Etymologia est vocabuli vel *interpretatio* per linguam vernaculam, quô sensu *leo* idem est ac nobis Germanis *ein Löwe*: vel *originitio* seu notatio, quô intuitu pecunia dicitur à pecu. Atque hæc postrema est hujus loci.

DEF. XXXVII.

Allusio est veri similis seu probabilis vocabuli etymologia, ut lepus quasi levipes.

DEF. XXXIIX.]

Antiphrasis est propria & conceptui, quem vocabulum denotat, disconveniens significatio, ut bellum quasi minimè bellum.

SCHOLIUM.

Dicitur *Antiphrasis* ab ἀντι & φράσις
E 2 ζωδι-

ζω dico, significatq̄ *ditionem* seu *phrasin per contrarium intelligendam.*

DEF. XXXIX.

Emphasis est pondus vocabuli significantius aliquid exprimens & quasi demonstrans.

SCHOL.

Hinc verba emphatica dicere est vocabula magni momenti & ponderis proferre, ut *prodidi sanguinem innoxium* ponderosius est ac si Judas dixisset *hominem innoxium.*

DEF. XL.

Suppositio est, quâ vocabulum diversos conceptus, sed sibi quodammodo cognatos, de se largitur.

SCHOL.

Suppositio est triplex, nempe *personalis, simplex & materialis.*

DEF. XLI.

Suppositio personalis est, quando vocabulum pro suis significatis immediatis seu rebus extra mentem, accipitur,

ut:

ut: Homo pro animali rationali.

DEF. XLII.

Simplex suppositio est, quando vocabulum pro immediato significato tantum, seu pro conceptu communi in mente sumitur: ut, Homo est species,

DEF. XLIII.

Suppositio materialis est, quando vocabulum non pro re significatâ, sed pro semetipsâ accipitur. ut: Homo est dissyllabum.

DEF. XLIV.

Homonymia est, quando vocabulum diversos diversarum rerum conceptus significat.

SCHOLIUM.

§. 1. Homonymia est vocabulum Græcum ab ὁμοῖς & ὀνομα.

§. 2. Accipitur homonymia vel laxè, prout & etymologiam includit,

dit, & impropriam habet significationem; vel *strictè*, ut h.l.

§. 3. Dicitur Latine vulgò *Æquivocatio*, item in complexis, seu totâ oratione, *Amphibolia*.

§. 4. Ita homonymum est *lupes*, qui significat *animal rapax*, *quadrupus*, *piscem* item & *lupulum herbam*.

DEF. XLV.

Synonymia est, quando diversa vocabula unum eundemq; rei conceptum significant.

SCHOL.

§. 1. *Synonymia est à σύν & ὄνομα, significatq;ve cognominationem.*

§. 2. Accipitur synonymia dupliciter. Vel enim *logicè* significat *genera & species*: vel *duo plurave vocabula ἰσοδυναμῶντα*. Sensu posteriori sunt *ensis & gladius*; priori verò *homo & brutum* synonyma.

DEF. XLVI.

Numerus est unius à multis, aut, si majoris, plurium ab unô discretio.

SCHO-

SCHOL.

§. 1. Nimirum numerum hîc cum Philosophis non sumimus in *strictâ* significatione, quâ *multitudinem* significat ex unitatibus collectam, adeoque unitati distingvitur: sed in *latâ*, prout unitatem quoque sub se complectitur, quò sensu ipse *Euclides*, lib. 7. Elem. qui tamen priorem *definitionem def. 2.* habet, *def. 17. 18. 19.* numerum accepit. Seu, quod idẽ est, numero sumitur, quatenus vocabulũ principale *flexionis* est vel *singularis* vel *pluralis*: quorum illa rem ponit *solam*: hæc autem cum *altero* vel *sociis*. Ubi notandum, quòd in *Numerò* *grammaticò* flexio potius attendatur, quàm ipsa significatio. Sic *Athenæ* plurale est, *cætus* autem *singulare*: licet intellectu & significatione illud *singulare*; hoc ea contra *plurale* sit.

§. 2. Cæterum ex dictis patet fundamentum, cur numerus dividatur in *singularem* & *pluralem*.

DEF. XLVII.

Singularis est numerus, qui de unô loquitur.

DEF. XLIIII.

Pluralis est numerus, qui plurium est significativus.

SCHOL.

Sive jam plura illa sint *duo* tantummodo, qui Numerus apud Græcos specialiter dicitur *Dualis*: sive *plura* duobus, qui apud eosdem absolute *Pluralis* dicitur.

DEF. XLIX.

Persona est rei significatæ sub ordine demonstratio.

SCHOL.

§. 1. Situs hic grammaticus dicitur *vocabulorum principalium*, ut significetur *Nomina* Personam quoque agnoscere. Nec obstat, quòd Personæ in Nominibus non semper actu exprimantur, cum id fiat elegantè *Ellipsi*, adeoque necessario subintelligendæ veniant.

§. 2. Cæ.

§. 2. Cæterum pro diversâ demonstratione & loqvutione ad *objecta*, Personæ quoq; tres constituuntur, nempe *prima*, *secunda*, *tertia*,

DEF. L.

Persona prima dicitur, quæ loqvitur, ut: Ego scribo. Nos scribimus.

DEF. LI.

Persona secunda est, ad quam loqvimur, ut: Tu scribis, Vos scribitis.

DEF. LII.

Persona tertia est, de quâ loqvimur, ut: Ille legit, Illi scribunt.

SCHOL.

Nota primam personam digniorem esse secundâ, secundam verò tertiâ.

DEF. LIII.

Genus est vocabulorum principali-um secundum notam characteristicam variatio.

E 5

SCHO.

SCHOLIUM.

Genus est 1. *Substantivi*. 2. *Adjectivi*. & 3. *Verbi*.

DEF. LIV.

Genus *Substantivorum* est eorundem secundum sexûs notam *variatio*.

SCHOLIUM.

§. 1. Dicitur genus *Substantivorum* *variatio secundum sexûs notam*. Quod ipsum non ita intellectum volumus, quasi statueremus, *Substantiva propriè sexum habere*, veluti homines, aut alia animantium genera. Nequaquam. Verùm sexus *Substantivis* inesse dicitur per quamdam tantum *analogiam*, quam habent cum animalibus. Nam *Substantiva* sunt instar *substantiarum*: *Substantiæ* verò, animalium puta, necessario sexum habent: igitur & *Substantiva* sexum habere concipiuntur, eumq; non absolute talem, verùm in suo genere.

§. 2. Cæterum genus *Substantivo-*
tivo-

tivorum est vel *distinctum*, vel *indistinctum*. Illud est vel *Masculinum* vel *Fœmininum*: Hoc, nempe *indistinctum*, vocatur *Neutrum*.

DEF. LV.

Masculinum est genus, quod *substantivis masculis, vel benignioris sexus*, competit.

SCHOL.

Etiam si *Substantiva* utriusque *sexui* *physico* sint communia, ut *homo* est *Masc. gener.* licet *physicè* sit *ἄνθρωπος*, quandoquidem dicere liceat *Homo Eva.*

DEF. LVI.

Fœmininum est genus, quod *substantivis fœmellis, seu sequioris sexus* competit.

SCHOL.

Licet *Substantiva* utrumque *sexum* *physicum* attingant, ut *Aquila* est generis *fœminini*, non *habito* respectu, quod & *mas* est *aquila*.

DEF. LVII.

Neutrum est genus, quod substantivis, quæ nec masculina sunt nec fœminina, competit.

SCHOL.

Ut in genere naturaliũ sexus alter alteri præfertur, ita quidẽ ut masculinus fœminino, uterque verò sexu ambiguo, hoc est, hermaphroditinõ, seu androgyninõ præstantior habeatur: Simili ratione sese habent genera Nominum. Nam digniora sunt *Masculina Fœmininis, & Fœminina Neutris.*

DEF. LIX.

Genus Adjectivorum est, quò eadem secundum sexus notam, quam sua habent substantiva, variantur.

SCHOL.

§. I. Nimirum quemadmodum modis seu accidentibus quidem in totum denegatur sexus; aptitudo tamen ad sexum se accommodandi facile conceditur: Ita Adjectivis, tan-

tanquam modis grammaticis, *sexus nota* quidem præciditur: *terminatio* verò *ad Substantiva se accommodandi*, admittitur.

§. 2. Dicitur genus Adjectivorum quibusdam *Motio*, quæ ipsa tamen vox etiam Substantivis attribuitur, verum *malè*, veluti ex jam dictis liquet.

§. 3. Moventur autem Adjectiva vel *tribus* ut: *bonus, a, um*: vel *duobus*, ut *fortis, e*, vel *unâ* tantum terminatione, ut *felix*.

DEF. LIX.

Genus Verborum est eorundem secundum circumstantiæ notam variatio.

SCHOL.

§. 1. Per circumstantiæ notam hoc loco nihil aliud intelligimus, quàm significatum verborum, quo verba inter se discernuntur & inter noscuntur.

§. 2. Cæterum genus verborum

E 7

est

est triplex, nempe *Activum*, *Passivum*
& *Neutrum* seu *Substantivum*.

DEF. LX.

Activum est genus, quod verbis actionem significantibus competit, ut amo, curro, osculor, amplector, precor, largior, munero, muneror, imperio, comperior.

SCHOL.

Nimirum nos hoc in negotiô non sequimur communem grammaticorum opinionem; sed omnia verba, quæ vel ex vulgi opinione & iudicio active significant, activa vocamus; siue jam desinant in O siue in OR; siue sint aliis Neutra siue Deponentia; siue actionem transeuntem, ut amo, muneror, siue absolutam ut curro, siue reciprocam significant, siue etiam residentem. Idem iudicium esto de sequenti.

DEF. LXI.

Passivum est genus, quod verbis passionem significantibus competit, ut
fio,

fio, existo, vapulo, patior, nascor, labor, amor.

DEF. LXII.

Neutrum seu substantivum est genus, quod nec actionem nec passionem significat, sed utriusque finem & extremum & quasi consistentiam. ut sum.

DEF. LXIII.

Flexio est vocabulorum principalium secundum terminationem finalem variatio.

SCHOL.

Sortitur flexio varia nomina specialia. Etenim substantivi Flexio dicitur *Declinatio*: Adjectivi flexio *Comparatio* & denique Verbi flexio *Conjugationis* nomine venire solet.

DEF. LXIV.

Declinatio est *Nominis Substantivi* flexio per *Casus*.

SCHOL.

§. 1. Dicitur *Declinatio flexio per Casus* intellige numeri utriusque vel alte-

alterutrius. Casus verò nihil aliud sunt, quàm *certe in declinando terminationes finales*. Dividi vulgò solent in *rectos & in obliquos*. Illi sunt, qui in constructione naturali plerumq; verbum præcedunt, & directè significant, ut *Nominativus & Vocativus*. Hi, qui verbum & particulas ferè sequuntur, ut *Genitivus, Dativus, Accusativus & Ablativus*. Notes tamen, velim Casuum denominationem à *potiori tantummodò officio* esse desumptam, atq; adeò, licet ea non sit omnibus numeris accurata, *meliozem* tamen eà esse arbitramur, quia casus dicitur *primus, secundus &c.*

§. 2. Cæterum declinationum, vulgò numerantur *quinq;*, *Prima, Secunda, Tertia, Quarta, Quinta*.

DEF. LXV.

Declinatio prima est, cujus genitivus singularis in Æ aut ES desinit.

SCHOL.

Typus declinationis primæ est sequens:

SIN-

SINGUL.

Nom.	a	as	e	es
Gen.	a	a	es	a
Dat.	a	a	a	
Accus.	am	am l.em	em l.en	
Vocat.	a	a	e	
Ablat.	a	a	e.	

PLURAL.

Nom.	a
Gen.	arum
Dat.	is
Accus.	as
Vocat.	a
Ablat.	is.

DEF. LXVI.

Declinatio secunda est, quæ in Genitivo singulari exit in l. aut o.

SCHOL.

Secundæ declinationis typus sic se habet:

SINGUL.

Nom.	er, ir, ur, us, um, os, on, eus
Gen.	i o
Dat.	o
Accus.	um

Voc.

Voc. *er ir, ur, e, um*Ablat. *o.*

PLURAL.

Nom. *i* *a*Gen. *orum*Dat. *is*Accus. *os* *a*Vocat. *i* *a*Ablat. *is*

DEF. LXVII.

Declinatio tertia est, cujus Genitivus singularis finit in IS aut OS.

SCHOL.

Respice flexionem ipsam, hoc modo se habentem :

SINGUL.

Nom. *a e i o c d l n r s t x.*Gen. *is* *os*Dat. *i*Accus. *em* Neutra ut in Nom.Vocat. *a e i o c d l n r s t x.*Ablat. *e* aut *i*, aut *e* & *i* simul.

PLURAL.

Nom. *es* *a*

Gen.

Gen.	um	vel	ium
Dat.	ibus		
Accus.	es		a
Vocat.	es		a
Ablat.	ibus.		

DEF. LXIIX.

Declinatio quarta est, cujus Genitivus singularis exit in ULS & U.

SCHOL.

En ipsum Typum:

SINGUL.

Nom.	us		us
Gen.	us		us
Dat.	ui		ui
Accus.	um		um
Vocat.	us		us
Ablat.	u		u

PLURAL.

Nom.	us		a
Gen.	uum		
Dat.	ibus		
Accus.	as		a
Vocat.	us		a
Ablat.	ibus.		

DEF.

DEF. LXIX.

Declinatio quinta est, cujus Genitivus Singularis in EI desinit.

SCHOL.

Typus hujus declinationis talis est:

SINGUL.

Nom. *es*Gen. *ei*Dat. *ei*Accus. *em*Vocat. *es*Ablat. *e.*

PLURAL.

Nom. *es*Gen. *erum*Dat. *ebus*Accus. *es*Vocat. *es*Ablat. *ebus.*

DEF. LXX.

Comparatio est flexio Nominis Adjectivi per gradus.

SCHOL.

SCHOL.

§. 1. De industriâ profiteor, Comparisonem *soli* competere, *Adjectivo*. Cùm enim *Adjectiva* sint instar *modorum* seu accidentium, quorum majus est & minus suscipere, comparatio quoque solis *Adjectivis* conveniet.

§. 2. Cæterum Comparisonis gradus sunt tres: *Positivus*, *Comparativus* & *Superlativus*.

DEF. LXXI.

Positivus gradus est gradus comparisonis infimus.

SCHÖL.

Positivus dicitur gradus ex receptâ Grammaticorum potius *sententiâ*, quàm ex providô rectæ rationis judiciô. Nam quomodo is potest esse comparisonis gradus, qui *simpliciter* tantummodò, nudè, absolutè & ἀόριστος seu indefinitè, sine ullâ *augmentationis* & *deminutionis* ratione rem efferre solet? Nimirum & hîc utui &

CON-

consuetudini introductæ aliquid dandum esse censeo, cum primis cum id *melioris doctrine* gratiâ fieri videatur.

DEF. LXXII.

Comparativus est gradus comparationis medius.

SCHOL.

Positivi significationem gradus hic quidem auget & minuit, magisque quàm *Positivus* significat: ipsum tamen *Superlativum* non attingit.

DEF. LXXIII.

Superlativus est gradus comparationis supremus.

SCHOL.

Ultra *Superlativum* enim rem augere vel minuere usus non concessit. Sic qui *doctissimus* dicitur, accurate loquendô talis sit oportet, ultra quem non datur doctior: Aut si mavis, vel doctissimô doctior, adeo ut alii docti illi sint secundi.

DEF.

DEF. LXXIV.

Conjugatio est flexio verbi per Modos.

SCHOL.

§. 1. Dicitur Conjugatio flexio per Modos, qui nihil aliud sunt, quàm ἐγκλίσεις seu inclinationes terminativæ, quibus verba secundum tempora, Præsens nempe, Præteritum & Futurum flectuntur. Ejusmodi Modorum seu inclinationum terminativarum sunt quatuor. Quorum aliæ sunt παρεμφατικαὶ seu finitivæ h. e. quæ simul affectum quendam humanum vel propriè vel tropicè declarant, quales sunt Indicativus, Imperativus & Subjunctivus: alia ἀπαρεμφατικὴ, nempe Infinitivus.

§. 2. Indicativus est modus finitivus, qui aliquid categoricè, directè secundum sua tempora indicat. Hic solus aptus est scientiis, solus pater veritatis, unde quoque Desinitivus, Græcè ὀριστικός seu pronunciativus vocari posset.

§. 3. Im.

§. 3. Imperativus est modus, qui actionem aut passionem ab aliò eliciendam denotat. Dici posset Græcè προτακτικός. Longè rectius *Postulativus* fuisset dictus, sic enim *Hortativum* quoque & *Precativum* affectum innueret.

§. 4. Subjunctivus est modus, qui Indicativo & Imperativo quasi subordinatur, quandoquidem etiam ab istis sæpè regitur & dependet ad eò ut, nisi alteri dictorum modorum subjiciatur, sententia seu oratio rarò sit integra. Dicitur Subjunctivus etiam *Conjunctivus*.

§. 5. Infinitivus est modus, qui per se nihil certi significat, sed æqvè in omnes alios abit. Unde facillimè colligi potest, Infinitivum *proprie* & accuratè loquendo modum non esse: adeoque & in doctrina modorum grammaticorum denominationem à potiori factam fuisse.

§. 6. Cæterum Conjugationum recensentur *quatuor*, quarum singulæ du-

Iæ duas habent formas seu diatheses, priorem nempe in O; posteriorem verò in OR. Singulas ordine receptò visuri sumus.

DEF. LXXV.

Conjugatio prima est, cuius Præsens Infinitivi prioris formæ in ARE desinit.

SCHOL.

§. 1. Assumimus hîc, ut & in subsequentijs Conjugationibus, priorem potius formam, quàm posteriorem, eò quòd plura Verba illam, quàm hanc agnoscant. Quòd si verò verba in OR desinant, neque priorem formam O agnoscant, analogicè ita formanda veniunt.

§. 2. Cæterum primæ Conjugationis formæ se sic habent:

INDICATIVUS.

Præsens.

Sing.	<i>o</i>	<i>or</i>	
	<i>as</i>	<i>aris vel are</i>	
	<i>at</i>	<i>atur</i>	
		<i>F</i>	Plur.

Plur. *amus* *amur*
atis *amini*
ant *antur.*

Imperf.

Sing. *abam* *abar*
abas *abaris l. are*
abat *abatur*

Plur. *abamus* *abamur.*
abatis *abamini*
abant *abantur.*

Perfect.

Sing. *avi* *atus a um sum*
avisti *es*
avit *est*
Plur. *avimus* *ati a a sumus*
avistis *estis*
averunt l. avere. *sunt.*

Plusquam perfectum.

Sing. *averam* *atus a um eram*
averas *eras*
averat. *erat*
Plur. *averamus* *ati a a eramus*
averatis *eratis*
averant *erant.*

Futu-

Futurum.

Sing.	<i>abo</i>	<i>abor</i>
	<i>abis</i>	<i>aberis l. abere</i>
	<i>abit</i>	<i>abitur</i>
Plur.	<i>abimus</i>	<i>abimur</i>
	<i>abitis</i>	<i>abimini</i>
	<i>abunt.</i>	<i>abuntur.</i>

IMPERATIVUS.

Sing.	<i>a</i>	<i>are</i>
	<i>ate</i>	<i>amini</i>
Fut.	<i>ato</i>	<i>ator</i>
	<i>ato</i>	<i>ator</i>
	<i>atote</i>	<i>aminor</i>
	<i>anto.</i>	<i>antor.</i>

CONJUNCTIVUS.

Sing.	<i>em</i> Præf.	<i>er</i>
	<i>es</i>	<i>eris l. ere</i>
	<i>et</i>	<i>etur</i>
Plur.	<i>emus</i>	<i>emur</i>
	<i>etis</i>	<i>emini</i>
	<i>ent.</i>	<i>entur.</i>

Imperfectum.

Sing.	<i>arem</i>	<i>arer</i>
	<i>ares</i>	<i>areris l. arere</i>
	<i>aret</i>	<i>aretur</i>

F 2

Plur.

Plur. *aremus* *aremur*
aretis *aremini*
arent. *arentur.*

Perfectum.

Sing. *averim* *atus a um sum*
averis *es*
averit *est*

Plur. *averimus* *ati a a simus*
averitis *sitis*
averint. *sint*

Plusquam perfectum.

Sing. *avissem* *atus aum essem*
avisses *esses*
avisset *esset*

Plur. *avissemus* *ati a a essemus*
avissetis *essetis*
avissent. *essent.*

Futurum & Futuro - Præteritum.

Sing. *averim* *atus a um ero*
l. fuero
averis *eris*
l. fueris
averit *erit*
l. fuerit

Plur

Plur.	<i>averimus</i>	<i>aii & a</i>	<i>erimus</i>
			<i>l. fuerimus</i>
	<i>averitis</i>		<i>eritis</i>
			<i>l. fueritis</i>
	<i>averint.</i>		<i>erunt</i>
			<i>l. fuerint</i>

INFINITIVUS.

Præfens & Imperf.	<i>are</i>	<i>ari.</i>
Perf. & Plusqvamp.	<i>avisse</i>	<i>atū esse</i>
Fut.	<i>aturum esse</i>	<i>atū iri.</i>
Gerundium.	<i>andum</i>	
Supinum.	<i>atum</i>	<i>us</i>
Particip. Præf.	<i>ans</i>	<i>atus</i>
Particip. Fut.	<i>aturus.</i>	<i>andus.</i>

DEF. LXVI.

Conjugatio secunda est, cujus Infinitivus formæ prioris in *ERE* longum exit.

SCHOL.

Forma utraq; se sequenti modo habet.

INDICATIVUS.

Præfens.

Sing.	<i>eo</i>	<i>eor</i>	
Plur.		<i>F 3</i>	<i>es</i>

	<i>es</i>	<i>eris</i> l. <i>ere</i>	
	<i>et</i>	<i>etur</i>	
Plur.	<i>emus</i>	<i>emur</i>	
	<i>eris</i>	<i>emini</i>	
	<i>ent.</i>	<i>entur.</i>	
Imperfectum.			
Sing.	<i>ebam</i>	<i>ebar</i>	
	<i>ebas</i>	<i>ebaris</i> l. <i>ebare</i>	
	<i>ebat</i>	<i>ebatur</i>	
Plur.	<i>ebamus</i>	<i>ebamur</i>	
	<i>ebatis</i>	<i>ebamini</i>	
	<i>ebant.</i>	<i>ebantur.</i>	
Perfect.			
Sing.	<i>ui</i>	<i>us a um sum</i>	
	<i>uisti</i>	<i>es</i>	
	<i>uit</i>	<i>est</i>	
Plur.	<i>uimus</i>	<i>i a a sumus</i>	
	<i>uistis</i>	<i>estis</i>	
	<i>uerunt</i> l. <i>ere.</i>	<i>sunt.</i>	
Plusquamperfectum.			
Sing.	<i>ueram</i>	<i>us a um eram</i>	
	<i>ueras</i>	<i>eras</i>	
	<i>uerat</i>	<i>erat</i>	
Plur.	<i>ueramus</i>	<i>i a a eramus</i>	
	<i>ueratis</i>	<i>eratis</i>	
		<i>uerant</i>	

uerant

erant.

Futurum.

Sing.	<i>ebo</i>	<i>ebor</i>
	<i>ebis</i>	<i>eberis l. ebere.</i>
	<i>ebit</i>	<i>ebitur</i>
Plur.	<i>ebimus</i>	<i>ebimur</i>
	<i>ebitis</i>	<i>ebimini</i>
	<i>ebunt.</i>	<i>ebuntur.</i>

IMPERATIVUS.

Sing.	<i>e</i>	<i>ere</i>
	<i>ete</i>	<i>emini</i>
Fut.	<i>eto</i>	<i>etor</i>
	<i>eto</i>	<i>etor</i>
	<i>etote</i>	<i>eminor</i>
	<i>ento</i>	<i>entor.</i>

CONJUNCTIVUS.

Præfens.

Sing.	<i>eam</i>	<i>ear</i>
	<i>eas</i>	<i>earis l. eare</i>
	<i>eat</i>	<i>eatur</i>
Plur.	<i>eamus</i>	<i>eamur</i>
	<i>eatis</i>	<i>eamini</i>
	<i>eant.</i>	<i>eantur.</i>

Imperfectum.

Sing.	<i>erem</i>	<i>erer</i>
		<i>F 4</i>
		<i>eres</i>

	<i>eres</i>	<i>ereris</i> l. <i>erere</i>
	<i>eret</i>	<i>eretur</i>
Plur.	<i>eremus</i>	<i>eremur</i>
	<i>eretis</i>	<i>eremini</i>
	<i>erent.</i>	<i>erentur.</i>

Perfectum.

Sing.	<i>uerim</i>	<i>us a um</i>	<i>sim</i>
	<i>ueris</i>		<i>sic</i>
	<i>uerit</i>		<i>sit</i>
Plur.	<i>uerimus</i>	<i>i a a</i>	<i>simus</i>
	<i>ueritis</i>		<i>sitis</i>
	<i>uerint.</i>		<i>sint.</i>

Plusquamperfectum.

Sing.	<i>uissim</i>	<i>us a um</i>	<i>essim</i>
	<i>uisses</i>		<i>esses</i>
	<i>uisset</i>		<i>esset</i>
Plur.	<i>uissimus</i>	<i>i a a</i>	<i>essimus</i>
	<i>uissetis</i>		<i>essetis</i>
	<i>uissent</i>		<i>essent.</i>

Futurum & Futuro-Præteritum.

Sing.	<i>uero</i>	<i>us a um ero</i>
		l. <i>fueo</i>
	<i>ueris</i>	<i>eris</i>
		l. <i>fueris</i>

uerit

	<i>uerit</i>	<i>erit</i>
		l. <i>fuerit</i>
Plur.	<i>uerimus</i>	<i>erimus</i>
		l. <i>fuerimus</i>
	<i>ueritis</i>	<i>eritis</i>
		l. <i>faeritis</i>
	<i>uerint.</i>	<i>erint.</i>
		l. <i>fuerint.</i>

INFINITIVUS.

Præs. & Imperf.	<i>ere</i>	<i>eri</i>
Perf. & Plusq.	<i>uisse</i>	<i>etum esse</i>
Futur.	<i>urum esse</i>	<i>etum iri.</i>
Gerundium	<i>endum</i>	
Supinum	<i>um, u.</i>	
Part. Præs.	<i>ens</i>	<i>us</i>
Part. Fut.	<i>urus.</i>	<i>endus.</i>

DEF. LXXVII.

Conjugatio tertia est, cujus Infinitivus formæ prioris in *ERE* breve desinit.

SCHOL.

Ut in aliis, ita & hîc subijcimus formas.

F 5

INDI-

INDICATIVUS.

Præfens.

Sing.	<i>o</i>	<i>or</i>
	<i>is</i>	<i>eris l. ere</i>
	<i>it</i>	<i>itur</i>
Plur.	<i>imus</i>	<i>imur</i>
	<i>itis</i>	<i>imini</i>
	<i>unt.</i>	<i>untur.</i>

Imperfectum.

Sing.	<i>ebam</i>	<i>ebar</i>
	<i>ebas</i>	<i>ebaris l. ebare</i>
	<i>ebas</i>	<i>ebatur</i>
Plur.	<i>ebamus</i>	<i>ebamur</i>
	<i>ebatis</i>	<i>ebamini</i>
	<i>ebant</i>	<i>ebantur.</i>

Perfectum.

Sing.	<i>ē</i>	<i>us a um sum</i>
	<i>isti</i>	<i>es</i>
	<i>it</i>	<i>est</i>
Plur.	<i>imus</i>	<i>i e a sumus</i>
	<i>istis</i>	<i>estis</i>
	<i>erunt l. ere.</i>	<i>sunt.</i>

Plusquamperfectum.

Sing.	<i>eram</i>	<i>us a um eram</i>
	<i>eras</i>	<i>eras</i>
		<i>erat</i>

	<i>erat.</i>		<i>erat</i>
Plur.	<i>eramus</i>	<i>i e a</i>	<i>eramus</i>
	<i>eratis</i>		<i>eratis</i>
	<i>erant.</i>		<i>erant.</i>

Futurum.

Sing.	<i>am</i>	<i>ar</i>
	<i>es</i>	<i>eris l. ere</i>
	<i>et</i>	<i>etur</i>
Plur.	<i>emus</i>	<i>emur</i>
	<i>etis</i>	<i>emini</i>
	<i>ent</i>	<i>entur.</i>

IMPERATIVUS.

Sing.	<i>e</i>	<i>ere</i>
	<i>ite</i>	<i>imini</i>
Fut.	<i>ito</i>	<i>itor</i>
	<i>ito</i>	<i>itor</i>
	<i>itote</i>	<i>iminor</i>
	<i>unto.</i>	<i>untor.</i>

CONJUNCTIVUS.

Præfens.

Sing.	<i>am</i>	<i>ar</i>
	<i>as</i>	<i>aris l. are</i>
	<i>at</i>	<i>atur</i>
Plur.	<i>amus</i>	<i>amur</i>
	<i>atis</i>	<i>amini</i>

*ant**antur.*

Imperfectum.

Sing.	<i>erem</i>	<i>erer</i>
	<i>eres</i>	<i>ereris l. erere</i>
	<i>eret</i>	<i>eretur</i>
Plur.	<i>eremus</i>	<i>eremur</i>
	<i>eretis</i>	<i>eremini</i>
	<i>erent</i>	<i>erentur.</i>

Perfectum.

Sing.	<i>rim</i>	<i>us a um sim</i>
	<i>eris</i>	<i>sis</i>
	<i>erit</i>	<i>sit</i>
Plur.	<i>erimus</i>	<i>i e a simus</i>
	<i>eritis</i>	<i>sitis</i>
	<i>erint</i>	<i>sint.</i>

Plusquamperfectum.

Sing.	<i>issem</i>	<i>us a um essem</i>
	<i>isses</i>	<i>esses</i>
	<i>isset</i>	<i>esset</i>
Plur.	<i>issemus</i>	<i>i e a essemus</i>
	<i>issetis</i>	<i>essetis</i>
	<i>issent.</i>	<i>essent.</i>

Futurum & Futuro-Præteritum.

Sing.	<i>ero</i>	<i>us a um ero</i>
	<i>eris</i>	<i>eris</i>
		<i>erit</i>

	<i>erit</i>		<i>erit</i>
Plur.	<i>erimus</i>	<i>i a a</i>	<i>erimus</i>
	<i>eritis</i>		<i>eritis</i>
	<i>erunt</i>		<i>erunt.</i>

INFINITIVUS.

Præs. & Imperf.	<i>ere</i>	<i>i</i>
Perf. & Plusqvamp.	<i>isse</i>	<i>um esse</i>
Futur.	<i>urum esse</i>	<i>um iri</i>
Gerundium	<i>endum</i>	
Supinum	<i>itum u</i>	
Part. Præsens	<i>ens</i>	<i>us</i>
Part. Fut.	<i>urus</i>	<i>endus.</i>

DEF. LXXIIX.

Conjugatio quarta est, cujus Infinitivus prioris formæ in IRE finit.

SCHOL.

Et hîc utriusq; typum subjicimus.

INDICATIVUS.

Præsens.

Sing.	<i>io</i>	<i>ior</i>	
	<i>is</i>	<i>iris l. ire</i>	
	<i>it</i>	<i>itur</i>	
Plut.	<i>imus</i>	<i>imur,</i>	
		<i>F 7</i>	<i>itis.</i>

itis *imini*
iunt. *iuntur.*

Imperfectum.

Sing.	<i>iebam,</i>	<i>iebar</i>
	<i>iebas</i>	<i>iebaris l. ebare</i>
	<i>iebat</i>	<i>iebatur</i>
Plur.	<i>iebamus</i>	<i>iebamur</i>
	<i>iebatis</i>	<i>iebamini</i>
	<i>iebant.</i>	<i>iebantur.</i>

Perfectum.

Sing.	<i>ivi</i>	<i>itus a um sum</i>
	<i>ivisti</i>	<i>es</i>
	<i>ivit</i>	<i>est</i>
Plur.	<i>ivimus</i>	<i>i e a sumus</i>
	<i>ivistis</i>	<i>estis</i>
	<i>iverunt l. ivere</i>	<i>sunt.</i>

Plusquamperfectum.

Sing.	<i>iveram</i>	<i>itus a um eram</i>
	<i>iveras</i>	<i>eras</i>
	<i>iverat</i>	<i>erat.</i>
Plur.	<i>iveramus</i>	<i>i e a eramus</i>
	<i>iveratis</i>	<i>eratis</i>
	<i>iverant.</i>	<i>erant.</i>

Futurum.

Sing.	<i>iam</i>	<i>iat</i>	<i>ies</i>
-------	------------	------------	------------

	<i>ies</i>	<i>ieris l. iere</i>
	<i>iet</i>	<i>ietur</i>
Plur.	<i>iemus</i>	<i>iemur</i>
	<i>ietis</i>	<i>iemini</i>
	<i>ient.</i>	<i>ientur.</i>

IMPERATIVUS.

Præs.	<i>i</i>	<i>ire</i>
	<i>ite</i>	<i>imini</i>
Fut.	<i>ito</i>	<i>itor</i>
	<i>ito</i>	<i>itor</i>
	<i>itote</i>	<i>iminoꝝ</i>
	<i>iunto.</i>	<i>iuntor.</i>

CONJUNCTIVUS.

Præsens.

Sing.	<i>iam</i>	<i>iar</i>
	<i>ias</i>	<i>iaris l. iare</i>
	<i>iat</i>	<i>iatur</i>
Plur.	<i>iamus</i>	<i>iamur</i>
	<i>iatis</i>	<i>iamini</i>
	<i>iant.</i>	<i>iantur.</i>

Imperfectum.

Sing.	<i>irem</i>	<i>irer</i>
	<i>ires</i>	<i>ireris l. irere</i>
	<i>iret</i>	<i>iretur</i>
Plur.	<i>iremus</i>	<i>iremur</i>

iretis

iretis *iremini*
irent. *irentur.*

Perfectum.

Sing.	<i>iverim</i>	<i>itus a um sim</i>
	<i>iveris</i>	<i>sis</i>
	<i>iverit</i>	<i>sit</i>
Plur.	<i>iverimus</i>	<i>i a a simus</i>
	<i>iveritis</i>	<i>sitis</i>
	<i>iverint</i>	<i>sint.</i>

Plusquamperfectum.

Sing.	<i>ivissem</i>	<i>itus a um essem</i>
	<i>ivisses</i>	<i>esses</i>
	<i>ivisset</i>	<i>esset</i>
Plur.	<i>ivissimus</i>	<i>i a a essemus</i>
	<i>ivissetis</i>	<i>essetis</i>
	<i>ivissent</i>	<i>essent.</i>

Futurum & Futuro-Præteritum.

Sing.	<i>ivero</i>	<i>itus a um ero</i>
		<i>l. fuero</i>
	<i>iveris</i>	<i>eris</i>
		<i>l. fueris</i>
	<i>iverit</i>	<i>erit</i>
		<i>l. fuerit</i>
Plur.	<i>iverimus</i>	<i>i a a erimus</i>
		<i>l. fuerimus</i>
		<i>iveritis</i>

iveritis

eritis

l. *fueritis*

iverint

erunt

l. *fuerint.*

INFINITIVUS.

Præs. & Imperfect. *ire*

iri

Perf. & Plusqvamp. *ivisse*

itum esse

Futurum

iturum esse, itum iri

Gerundium

iendum

Supinum

itum u

Part. Præsens

iens

itus

Part. Fut.

iturus

iendus.

DEF. LXXIX.

*Species est, quâ disquiritur, utrum
vocabulum sit primitivum, an verò
derivatum, seu aliunde deductum.*

SCHOL.

§. 1. Species ex hypothese, quæ
vocalorum species species, non
verò partes orationis vocat, in disci-
plina hac sumitur dupliciter, nempe
vel prædicto modo, vel pro certa vo-
cabulorum affectione. Posterior acce-
ptior est hujus loci.

§. 2. Non loquimur autem de
curio-

curiosâ illa & nonnunquam ferè *superstitiosâ* *originatione*, quâ vocabulo origo assignatur aut affingitur, de quâ quis sæpe ne per somnium cogitasset. Nam sic species idem esset ac Allusio, de quâ superius. Nequaquam. Verùm de *derivatione* simplici, *plana* & *apertâ*, veluti quando *legito lego* descendere dicitur.

§. 3. Cæterum Vocabula *Derivata* seu *Denominata* in genere, eaque quæ peculiarem considerationem hîc merentur (cætera enim *missa* facimus) sunt

vel Nomina, quæ descendunt
vel ab aliis Nominibus, significantibus

1. personas, easquæ
vel simplices seu *mavis*
singulares, ut *Patronymica*.

vel compositas, seu *mavis*
collectas, ut *Gentilia*:

2. qualitatem, nempe

vel

vel proprietatem, ut *Possessiva*,
vel deminutionem sive
parvitatem ut *Deminuti-
va*:

3. numerum, ut *Numeralia*.
vel à Verbis, dicunturque *Ver-
balia*.

vel Verba, significantia
vel intensiorem eamque

1. inchoativam, unde *Inchoativa*.
 2. frequentativam, ut *Frequentativa*.
 3. desiderativam, ut *Desiderativa*.
 4. meditativam, ut *Meditativa*.
 5. imitativam, ut *Imitativa*.
- vel remissionem, ut *Deminutiva*.

DEF. LXXX.

*Patronymica sunt Substantiva de-
rivata, quæ à majorum vel paren-
tum nominibus liberos significant.*

DEF. LXXXI.

*Gentilia sunt nomina derivata, quæ
à nominibus gentem vel patriam signi-
ficantibus derivata sunt.*

DEF.

DEF. LXXXII.

*Possessiva sunt nomina derivata i-
dem significantia, quod Genitivus pri-
mitivi, à quò derivantur.*

DEF. LXXXIII.

*Deminutiva sunt nomina deriva-
ta minùs significantia quàm nomen su-
um primitivum.*

DEF. LXXXIV.

*Numeralia sunt nomina à Nomi-
nibus, numeros significantibus, dedu-
cta.*

DEF. LXXXV.

*Verbalia sunt Nomina à Verbis de-
rivata actionem aut passionem signifi-
cantia.*

SCHOLIUM.

*Talia Nomina vel ex Gasperi Sci-
oppi, omnium Grammaticorum,
Principis, sententiâ, sunt Gerundia,
Supina & Participia.*

DEF. LXXXVI.

*Gerundium est Nomen Substanti-
vum*

vum verbale, quod actionem gerendam seu administrandam significat.

DEF. LXXXVII.

Supinum est Nomen Substantivum verbale, quod actionis administrandæ susceptionem aut finitionem significat.

DEF. LXXXVIII.

Participium est Nomen Adjectivum verbale, quod actionem aut passionem significat.

DEF. LXXXIX.

Inchoativa sunt verba derivata, actionis vel passionis intensiorem inchoativam significantia.

DEF. XC.

Frequentativa sunt verba derivata actionis aut passionis intensiorem frequentativam significantia.

SCHOL.

Nota vocem frequentativum in tam laxa sumi significatione, quæ etiam vehementiam & diligentiam complectatur. Ita agito, potito sunt frequentativum

quentativa, quæ frequentiam; *clamito* quod vehementiam, *Viso*, quod diligentiam significat.

DEF. XCI.

Desiderativa sunt verba derivata, actionis vel passionis intensiorem desiderativum denotantia.

DEF. XCII.

Meditativa sunt verba derivata actionis aut passionis intensiorem meditativam significantia.

DEF. XCIII.

Imitativa sunt verba derivata, actionis aut passionis intensiorem imitativam designantia.

DEF. XCIV.

Deminutiva sunt verba derivata, actionis aut passionis remissionem significantia.

DEF. XCV.

Figura est, quâ disquiritur, utrum vocabulum sit simplex, an verò compositum.

SCHOL.

SCHOL.

Simplicia vocabula sunt, quæ dividi nequeunt in partes intelligibiles prioris originis: *Composita* ea contra, quæ in partes prioris originis dividi possunt. Illius generis est *Muscatum*: Hujus verò *Injustus, Concordia*.

DEF. XCVI.

Syntaxis est vocabulorum constructio.

SCHOL.

§. 1. *Syntaxis* est à συντάξις, quod significat *ordino, construo*.

§. 2. Consideratur autem *Syntaxis* 1. ratione *formæ* estque vel *Convenientia* vel *Rectio*. 2. ratione *normæ* estque vel *bona*; vel *mala*, unde *Societismus*. 3. ratione *idiotismi*, estque vel *Latinismus* vel *Græcismus*.

DEF. XCVII.

Convenientia est *syntaxis*, quâ unum vocabulum cum alterò concordat, ut: *Forma neglecta decet*.

DEF.

DEF. XCIIIX.

Rectio est Syntaxis, quâ unum vocabulum regit alterum: ut Decet viros.

DEF. XCIX.

Syntaxis bona est, quæ ad leges syntacticas congruit, ut Mala mulier. Bonus Poëta, Amazones equites exercitati, Aquila victrix.

DEF. C.

Solæcismus est syntaxis, quæ à legibus syntactis discrepat, ut Malus mulier, Bona Poëta, Amazones equites exercitatae, Aquila victor.

SCHOL.

§. 1. Qui syntaxi hac delectantur, ab iis *Priscianus*, celebris quondam Grammaticus, *vapulare* dicitur. Pertinet ad Solæcismum procul dubio quoque vulgo sic dictus *Archaismus Syntacticus*, qualis est *Absente nobis*.

§. 2.

§. 2. Cæterum Solœcismo distingvitur Barbarismus, qui est usus vocabuli aut omninò peregrini, aut Latini quidem, sed vitiosè vel scripti, vel pronunciati, vel formati.

DEF. CI.

Latinismus est syntaxis, Latinorum idiotismo consentanea, ut Nigræ lanæ.

DEF. CII.

Græcismus seu Hellenismus est syntaxis Græcis usuata, à Latinorum consuetudine discrepans, ut Nigræ lanarum.

DEF. CIII.

Motus est affectio, quâ vel literarum elementa vel ipsa vocabula situm suum mutare deprehenduntur.

SCHOL.

§. 1. Motus igitur grammaticus est vel elementorum vel vocabulorum: uterq; ad analogiam motus pbyfici spectari & considerari potest. Ele-

G

men-

mentorum motus, communi nomine Metaplasmus dictus, est

vel *substantialis*, qui est

vel generationis, ut *Dialectus*,

vel corruptionis, ut *Archaismus*:

vel *modorum*, qui dividi potest

vel ratione quantitatis seu extensionis, estque

vel augmentationis, qui fit

1. addendo, & quidem

1. in principio, ut *Pros-
tbesis*,

2. in medio, ut *Epenthesis* & *Diplasimus*,

3. in fine, ut *Paragoge*.

2. resolvendo, ut *Diæresis*,

3. producendo ut *Ectasis*,

4. non elidendo ut *Hiatus*;

vel diminutionis, & fit

1. subtrahendo, & itidem

1. à principio, ut *Apha-
resis*.

1. è medio, ut *Syncope*,

3. à fine, ut *Apocope*.

2. con-

2. contrahendo, ut *Synæresis*.

3. corripiendo, ut *Systole*,

4. elidendo, ut *Elisio*.

vel ratione q̄ualitatis, ejusq̄ve,

vel nudæ seu alterationis, ut

Antitbesis.

vel terminativæ, seu motûs

localis, ut *Metathesis*.

§. 2. Motus vocabulorum itidem est

vel Substantialis, sc. in suô genere,

isq̄ve

vel generationis seu fictionis,

ut *ὀνοματοποιία*,

vel corruptionis seu abolitio-

nis, ut *Archaismus*;

vel Modorum, qui est

vel extensionis seu q̄uantitatis,

& quidem

vel augmentationis, qui mo-

tus est,

vel laudabilis, ut *Pleonas-*

mus,

G 2

vel

vel vituperabilis, ut *Tautologia*;

vel diminutionis, qui motus
itidem est

vel laudabilis, ut *Ellipsis*,
vel vituperabilis, ut *Anacoluthon*;

vel qualitatis, ejusque,

vel nudæ, qui motus consistit

1. in permutatione ut *Enallage*,

2. in translatione, & fit
vel cum virtute, ut *Tropus*,

vel sine virtute, ut *Catachresis*:

3. in substitutione, estque
vocabuli rem facientis
vel adhuc credibilem, &

quidem

vel augendô, ut *Auxesis*,

vel minuendô, ut *Miosis*,

vel penitus incredibi-
lem, ut *Hyperbole*.

vel

vel terminativæ seu motûs
localis, ut *Hyperbaton*.

DEF. CIV.

*Dialectus est usurpatio elementi in
vocalulô, quod aliis suæ lingvæ homi-
nibus non iidem est in usu.*

SCHOL.

Liceat hîc nobis vocabulum *Dia-
lectus* in tanta angustia usurpare,
cùm convenientius & aptius no-
men nobis in præsentî non succur-
rat. Monemus tamen, nos non late-
re, idem vulgò ferè ad omnes ele-
mentorum motûs extendi.

DEF. CV.

*Archaismus est abrogatio elementi
in vocalulô, cùm beneficio dialecti jam
aliud in ejus locum fuerit surrogatum.*

SCHOL.

Nimirum & hîc locum suô modô
habet ille Physicorum canon: *Unius
generatio est alterius corruptio*. Ita *Ter-
rai* abrogatum est, cùm jam dicatur
Terra.

G 3

DEF.

DEF. CVI.

Prosthesis est elementi ad initium vocabuli additio, ut: gnatus pro natus.

DEF. CVII.

Epenthesis est elementi in medio vocabuli interpositio, ut: fiet pro fit.

DEF. CIIX.

Diplasiasmus est elementi in medio vocabuli geminatio, ut: Relligio pro Religio.

DEF. CIX.

Paragoge est elementi ad finem additio, ut diciet pro dici. Dicitur & Proparalipsis.

DEF. CX.

Diæresis est elementi unius in duo distractio, ut suävvis pro svavis.

SCHOL.

Dicitur & Dialysis. Ponuntur autem supra syllabas distractas duo puncta, eaq; transversa, quibus significatur, duas illas syllabas diserte proferendas esse.

DEF.

DEF. CXI.

Ectasis est elementi, naturâ brevis, productio, ut italia pro italia. Dicitur & Diaστοle.

DEF. CXII.

Hiatus est vocalis vel m cum illâ in fine non elisio in versu, licet alia vocalis vel diphthongus sequatur.

SCHOL.

De industria dixi in versu. Nam extra versum Hiatus locum non habet. Ejusdem exempla sunt

Et succus pecori & lac subducitur agnis.

Insignita ferè sunt millia militum octo.

DEF. CXIII.

Aphæresis est elementi à principio vocabuli ablatio ut : temnere pro contemnere.

DEF. CXIV.

Syncope est elementi è medio vocabuli ablatio, ut Valdè pro Validè.

G 4

DEF.

DEF. CXV.

*Apocope est elementi in fine vocabu-
li ablatio, ut Dic pro dice,*

DEF. CXVI.

*Synæresis est contractio duarum syl-
labarum in unam, ut Negoti pro Ne-
gotii. Dicitur & Epifynalœphe,
nem Synizesis.*

DEF. CXVII.

*Systole est elementi, naturâ longi,
correptio, ut steterunt pro stete-
runt.*

DEF. CXIIX.

*Elisio est duplex, vel Synalœphe,
vel Ecthlipsis.*

DEF. CXIX.

*Synalœphe est Vocalis vel Diphthon-
gi finalis ante vocalem vel diphthongũ
initialem sequentis vocabuli in versu
in scandendo dissimulatio vel oblitera-
tio ut: Non facile est æqvâ com-
moda mente pati.*

DEF.

DEF. CXX.

*Eclipsis est, cum M in fine cum
Vocali precedente in scandendo ante
Vocalem vel Diphthongum initialem
eliditur, ut:*

Audendum est, fortes adju-
vat ipse Deus.

DEF. CXXI.

*Antithesis est elementi pro elemento
positio, ut Olli pro Illi, Auras pro au-
ræ.*

SCHOL.

Dicitur & *Antistæchon*, item sensu
speciali *Metaplasmus*.

DEF. CXXII.

*Metathesis est elementorum voca-
buli transpositio, ut I præ pro præi.*

DEF. CXXIII.

*Onomatopœia est novi vocabuli fi-
ctio, ut Mugitus.*

SCHOL.

Generatio, aut si mavis fictio hæc
tanquam motus grammaticus quasi

substantialis, Philosophis propemodum propria est, utpote quibus licet ὀνοματοποιεῖν. Ubi tamen prudentiâ quadam opus est, ut nomina nova fingantur *plana* atque *analogâ* iis, quæ jam in usu sunt.

DEF. CXXIV.

Archaismus est vocabuli exoleti usurpatio ut: Topper pro citò.

SCHOL.

Cavendum hîc, ne abrogemus sine causa vocabula, quæ per multa secula in usu fuere, licet commodiora forsan fingere possimus. Ita malim ego cum Scholasticis *Mundus sublunaris*, quàm cum Athanasio Kirchero usurpare *Geocosmus*, licet hoc posterius multò elegantius videatur. Vicissim *obsoleta* quoque vitanda sunt. Nam qui obsoletis utuntur, perinde faciunt, quasi cum Evandri matre, ut quondam *Phavorinus* dixit, loquantur.

DEF.

DEF. CXXV.

Pleonasmus est vocabuli in sermone elegans abundantia sive excessus, ut: Pisciculi minuti.

SCHOL.

§. 1. *Pleonasmus, qui & Parelconditur, fit vel elegantie vel Emphaseos causa. Habet quandam cognationem cum Synonymia, figurâ Rhetoricâ.*

§. 2. *Cæterum Pleonasmus, qui peculiarem denominationem nactus est, dicitur Polysyndeton.*

DEF. CXXVI.

Polysyndeton est pleonasmus conjunctionum copulativarum, ut:

Nox & amor vinumque nihil moderabile svadent.

DEF. CXXVII.

Tautologia est vocabuli unius vel plurium in sermone supervacua vel etiam ridicula & importuna iteratio.

SCHOL.

Accipitur Tautologia cùm in bonam, tum in malam partem. Sensu priori Quintilianus lib. 8. c. 3. eam vocat figuram, quam moderni Rhetores Synonymiam: Posteriori sumitur à nobis. Atque hujus acceptionis exemplum est: *Habeo tibi bonorem, quo bonore dignus es.*

DEF. CXXIIX.

Ellipsis est vocabuli in plenâ constructione seu subiectiva defectus, ut: Boni pastoris est, scilicet officium.

SCHOL.

Ellipses, peculiare nomen nactæ, sunt vel magis simplices, ut *Appositio, Synecdoche & Asyndeton*: vel magis comparatæ, respicientes vel propius, ut *Zeugma*; vel dignius, ut *Syllepsis*.

DEF. CXXIIX.

Appositio, Græcè ἐπιζήνησις, est ellipsis pronominis relativi, qui cum verbo substantivo, ut: Opes, irritamenta malorum, i. e. opes, quæ sunt irritamenta.

DEF.

DEF. CXXX.

Synecdoche est ellipsis Præpositionis quoad, ut albus dentes, i. e. quoad dentes.

DEF. CXXXI.

Asyndeton est ellipsis conjunctionis copulativæ, ut excessit, evasit, erupit, i. e. & erupit.

DEF. CXXXII.

Zeugma est ellipsis vocabuli, cum idem jam cum propiore conveniat, ut: Sociis & Rege recepto, i. e. Sociis receptis & Rege recepto.

DEF. CXXXIII.

Syllepsis est ellipsis vocabuli, cum idem jam digniori in plurali respondeat, ut: Venus & Cupido Dii, i. e. Venus Dea & Cupido Deus.

SCHOL.

Nihil refert, utrum Substantiva diversa, quæ hîc occurrunt singula sint singularia, ut: *Furor iraq; præcipitant*: an verò unum vel alterum

fit plurale, ut: *Milites & Imperator pugnant*. Similiter nihil interest, utrum jungantur per Conjunctionem, ut in exemplis jam allatis; an verò per Præpositionem, quæ more Poëtico vim habet copulativam, ut *Remo cum fratre Quirinus jura dabunt*.

DEF. CXXXIV.

Anacoluthon est defectus vocabulorum, quæ tanquam consequentia antecedentibus respondere debebant.

SCHOL.

Tale Anacoluthon est istud Terentii: *Nam omnes nos, quibus est aliunde aliquis objectus labor, omne quod est interea tempus, priusquam id resertum est, lucro est.*

DEF. CXXXV.

Enallage est vocabuli unius pro altero positio.

SCHOL.

Ponitur autem vel una species vocabulorum pro alterâ, diciturque
Anti-

Antimeria: vel una affectio pro alterâ ut *Heterosis*.

DEF. CXXXVI.

Antimeria est, ubi una vocabulorum species ponitur, alia verò subintelligitur.

SCHOL.

§. 1. Sive jam vocabula sint unius ejusdemque speciei, ut:

Scelus pro *scelesto* Substantivum pro Adject.

Præstate virum i. e. *fortem*, Substant. pro Adject. Sive speciei *diversæ*; ut:

Matutinus i. e. *manè* agebat, Nomen pro Adverbio.

Velle suum i. e. *voluntas*, Verbum pro Nominem.

§. 2. Cæterum *Antimeriæ* species est *Antonomasia*.

DEF. CXXXVII.

Antonomasia est, quando *Proprium* pro appellativo & vice versa *Appellativum* pro *Proprio* ponitur, ut:

Urbs

Urbs pro Roma, *Appellativum*
pro *Proprio*.

Irus pro Paupere, *Proprium* pro
Appellativo.

SCHOLIUM.

Placuit Antonomafiam ad Anti-
meriam referre, licet sub Synecdoche
vulgò à Rhetoribus recenseri soleat.
Nec puto id à quoquam reprehendi
posse, qui hæc dogmata nostra *mora*
philosophico examinaverit.

DEF. CXXXIIX.

Heterosis est, ubi unâ vocabulorum
affectione positâ alia intelligitur, ut:

Populum latè regem i. e. re-
gnantem, *Primitivum* pro *Derivato*.

Duodena pro duodecim, *Nu-
merale* pro *Cardinali*.

Nos dicimus. i. e. ego dico, *Plu-
ralis* pro *Singulari*.

SCHOL.

Species Heteroseos sunt *Antipto-
sis* & *Syntbesis*.

DEF.

DEF. CXXXIX.

Antiptosis est heterosis, ubi Casus pro Casu ponitur ut: Urbem, quam statuo, vestra est, i. e. urbs.

Id genus alia, i. e. ejus generis.

Adsis lætitiæ Bacchus dator i. e. Bacche.

Quibus Hector ab oris expectate i. e. expectatus.

DEF. CXL.

Synthesis est heterosis, ubi Nomen Collectivum singulare ponitur, sed plurale subintelligitur, ut:

Turbaruunt i. e. plebeji.

Parsonerant i. e. quidam.

DEF. XLI.

Tropus est significationis propriæ vocabuli in alienam cum virtute translatio.

S. I. Tropus est vocabulum Græcum à τέρετρα, quod est à τρέπειν, inuer-

invertere, immutare, transferre, ade-
 oq̄ve Tropus vi etymi sui *inversionem*
 seu *immutationem* significat: sive ea
 jam fiat *ornatus*; sive etiam *necessitatis*
 gratiâ.

§. 2. Dicitur Tropus *translatio*
significationis vocabuli, ut distingvatur
 ab *immutatione* *significationis* ser-
 monis, seu *integræ sententiæ*, qua-
 rum alia est *clarior*, ut *Allegoria*, alia
obscurior, ut *Aenigma*: quarum u-
 traq̄ve tamen hujus loci non est.

§. 3. Cæterum Tropus fit vel in
disjunctis, vel in *conjunctis* nempe
 quod ad *essentiam*. In *disjunctis*,
 cum in *consentaneis* seu *similibus*,
 ubi dicitur *Metaphora*; tum in *dissen-*
taneis seu *contrariis*, ut *Ironia*: In
conjunctis verò, se *respicientibus*
 vel *extrinsecus*, ut *Metonymia*: vel *in-*
trinsecus, ut *Synecdoche*.

DEF. CXLII.

Metaphora est tropus, ubi significa-
tio propria in alienam mutatur propter
simi-

similitudinem, ut ridere pro florere.

SCHOL.

Dicitur Metaphora ἀπὸ τῆς μὲν καὶ φέρειν, quod in Perfecto Medio habet πέφορα. Ad verbum est translatio.

DEF. CXLIII.

Ironia est tropus, quo intelligitur contraria vocabuli significatio, ut Anus pro juuencula. Egregiam i.e. malam laudem.

SCHOLIUM.

Ironia non tantum locum habet in vocabulo, sed etiam in oratione. Prius non posterius, ad forum grammaticum pertinere videtur.

DEF. CXLIV.

Metonymia est tropus, ubi subiectum ponitur pro adjuncto, & vicissim adjuncto, & vicissim adjunctum pro subiecto.

SCHO-

SCHOL.

§. 1. Metonymia dicitur à $\mu\tau$ & $\delta\nu\omicron\mu\alpha$, quasi *transnominatio*, ubi vocabulum significans subiectū; quasi transnominat adjunctum & vicissim.

§. 2. Metonymia Subjecti pro Adjuncto est

1. Causæ efficientis pro effectu, ut: *Virgilius i.e. scripta Virgilii.*
2. causæ finalis pro effectu, ut: *statuere exemplum pro pœnas affligere exempli causa.*
3. continentis pro contento, ut: *bibere pateram i.e. vivum in patera.*
4. signati pro signo, ut *En Virgilium i.e. Virgilii imaginem.*
5. ducis pro exercitu, ut *Cæsar vicit, i.e. exercitus Cæsaris.*
6. possessoris pro re possessâ, ut *Ucalegon ardet i.e. domus Ucalegontis.*
7. rei, quæ in tempore fit, pro ipso tempore, ut *messis pro æstate.*
8. antecedentis pro consequente, ut: *Vixit, i.e. mortuus est.* Dicitur in specie *Metalepsis.*

§. 3. Me-

§. 3. Metonymia adjuncti pro
Subjecto est

1. effectus pro causâ efficiente, ut:
Mors pallida i. e. pallorem faciens.
2. effecti pro causa finali, ut: *Serta*
i. e. flores adserta conficienda legere.
3. contenti pro continente, ut: *Vina*
i. e. pateras vinô repletas coronant.
4. signi pro re signata, ut *tenet sceptrum*
i. e. imperium.
5. mensuræ pro re mensurandâ: *ar-*
cus pro distantia arcu mensuranda.
6. abstracti pro concreto ut *scelus i. e.*
homo scelestus. Potest & ad *Antimeri-*
am referri.
7. temporis pro re in tempore, ut *se-*
culum improbum i. e. homines in secu-
lo improbi.
8. consequentis pro antecedentè, ut
Funus pro morte. Dicitur in spe-
cie *Metalepsis.*

DEF. CXLV.

Synecdoche est tropus, ubi totum pro
parte, & vicissim pars pro toto ponitur.

SCHO.

SCHOLIUM.

§. 1. Synecdoche est à συν ἅκ & δέχομαι, adeoque vi nominis coëxceptionem significat, ubi nempe vocabulum totū significans, manu quasi excipit aliud vocabulum, quō pars intelligenda venit. Ac viceversa ubi vocabulum, partis significativum, adhibetur ad intelligendum totum. Unde Autor ad Herennium Synecdochen *Subintellectionem* vocare solet.

§. 2. Synecdoche totius pro parte est

1. totius essentialis pro parte essentiali, materia puta aut forma, ut: *Dominum meum* i. e. *Domini mei corpus* abstulerunt.
2. totius integralis pro parte integrali ut: *Bibere Xanthum* i. e. *partem Xanthi*.
3. generis pro specie, ut *quadrupes* i. e. *equus*.
4. Appellativi pro Proprio, ut *Poëta* pro

pro *Virgilio*. Dicitur & *Antonomasia*.

6. pluralis pro singulari, ut: *Nos dicimus*, i.e. *Ego dico*. Refertur potest & ad *Heterosin*.

§.3. Synecdoche partis pro toto est

1. partis essentialis (*materiae* puta, aut *formae*) pro toto essentiali, ut *Ferrum* i. e. *gladius ex ferro confectus* tuetur principem. Sic *anima candida* i.e. *homo candidus*.

2. partis integralis pro toto integrali, ut: *Puppis* pro *navi*.

3. speciei pro genere, ut: *Aquilo* pro *quolibet vento*.

4. Proprii pro appellativo, ut: *Irus* pro *Paupere*. Dicitur & *Antonomasia*.

5. singularis pro plurali, ut *Hispanus* vicit i. e. *Hispani vicerunt*. Dicitur & *Heterosis*.

6. certi numeri minoris pro maiore incerto, ut *sexcenti*.

7. cum minus dicitur & plus intelligitur, ut *munera nec sperno* pro *libens accipio*. Dicitur in specie *Litotes*.

DEF.

DEF. CXLVI.

Catachresis est significationis vocabuli sine virtute translatio.

SCHOL.

Catachresis ad verbum significat abusionem, unde vulgò Tropi durities definiri solet, ut: Per Siculas equitavit undas i. e. flavit cum impetu. Dicitur & ἀκυρολογία.

DEF. CXLVII.

Auxesis est quando ponitur pro vocabulo rem ritè exprimente aliud, omnem rei magnitudinem excedens, ut Scelus pro errato.

DEF. CXLIIIX.

Miosis est, quando pro vocabulo rem ritè exprimente, ponitur aliud, quod pro rei istius magnitudine est humilium, ut Erratum pro scelere. Dicitur & Tapinosis.

DEF. CXLIX.

Hyperbole est auxesis vel tapinosis omnem

omnem fidem superans, ut: Nive candidior, testudine tardior.

DEF. CL.

Hyperbaton est vocabulorum neglecto ordine consentaneo transpositio.

SCHOL.

Hyperbaton, tanquam motus localis grammaticus, est vocabuli vel unius, ut *Tmesis* & *Anastrophe*: vel plurium, quod est vel laudabile, ut *Parentthesis* & *Synchysis*: vel illaudabile, ut *Hypallage* & *Hysterologia*.

DEF. CLI.

Tmesis est vocabuli compositi dissectio, ut *Septemque Triones*, *Per mihi gratum erit*, pro *pergratum mihi erit*.

DEF. CLII.

Anastrophe est, quando *Præpositio* suo *Casui* postponitur, ut: *Italiam contra*.

DEF. CLIII.

Parentthesis est, cum unum vel plura

H

voca.

vocabula sermoni interficiuntur,
ut:

*Tityre dum redeo (brevis est via)
pascere capellas.*

SCHOL.

Parentthesis communiter duobus
includitur semicirculis, & submissi-
ore voce profertur.

DEF. CLIV.

*Synchysis est confusio vocabulorum
transpositio. ut:*

*Namque pilâ lippis inimicum, &
ludere crudis.*

SCHOLIUM.

Nimirum Synchysis vocabulum
ex uno commate in alterum trajicit,
solisque Poëtis licita esse videtur. Ita
in exemplo allato *Horatii lib. 1. sat. 5.*
ludere conjungi debet cum *pila*, quod
est in priori commate.

DEF. CLV.

*Hypallage est inversa vocabulo-
rum locatio, ut: gladium vagina
vacu-*

vacuum, i. e. vaginam gladio
vacuam, sic Date classibus au-
stros i. e. austris classes.

D E F. CLVI.

*Hysterologia est, cum vocabulum,
quod natura præcedit, posteriori loco
ponitur, ut: Valet atque vivit, pro
vivit atque valet. Referes &
nuntius ibis, pro nuntius ibis, &
referes. Dicitur & Hysteron Pro-
teron.*

SCHOL.

Placet hîc apponere versus me-
moriales de varietate motus gram-
matici eo, quô à nobis ordine dispo-
situs fuit:

*Finum pro Vinum modò dic, Diate-
tus habetur:*

*Terrai frugiferai dicetur at Archa-
ismus.*

*Prostbesis apponit capiti, sed Apha-
resis aufert.*

*Syncopa de medio tollit, sed Epen-
thesis indit.*

H 2

CON.

Consona per medium geminatur
Diplasiasmo.

Aufert *Apocope* finem, sed dat *Pa-*
ragoge.

Dicitur in binas diffilare *Diarefis*
unam.

Ectasis Italiam producit corrip-
endam.

Et succum pecori & lac subducit
Hiatus.

Dicitur è bonis conflare *Synaresis*
unam

Bina *Synizesis* vocalia cogit in
unam.

Corripit ut steterunt ducendam
Systola vocem.

Mnecat *Ectblipsis*; Vocalem au-
fert *Synalæphe.*

Antithesis dices, aliam si litera mu-
tet.

Litera si fuerit transpōsta, *Meta-*
thesis extat.

Fictio *canta nova vocis* bombardæ
vocatur

Topper pro citò si dicas, erit *Ar-*
chaismus. An-

Ante virum præscisse decet *Pleonasmus* habetur.

Nox & amor vinumq̄ve patet *Poly syndeton* esse.

Tautologia fiet tibi honor, qvo dignus honore.

Sed vos qui tandem? quid multa?
Ellipsis habetur.

Appositum est sed opes, irritamenta malorum.

Os humerosq̄ Deo similis *Synecdocha* dicta.

Plurima si nectas sine copula *Asyndeton* extat.

Ad propius genus & personam.
Zeugma reponit.

Syllepsis genus & personam aptat
mage digno.

Non superis jungit verbis ima
Anacoluthon. (acutè.

Antimeria virum pro forti ponit
Cræsus pro locuplete est vulgò

Antonomasia.

Perduodena regit Sol signa
Heterosis habetur.

H 3

Ur-

Urbem quam statuo vestra est fa-
cit *Antiptosin*. (*Chesis* illa.

Pars epulis onerant vocitatur *Syn-*
Flectitur à proprio cum vocula
significatu

Inq̄ve peregrinum transit *Tropus*
esse putetur.

Metaphoram gignit proportio si-
gnificatus.

Ironia datis sentit cōtraria verbis.

Docta *Metonymia* adjunctum tibi
pro subiecto

Adjunctiq̄ve loco dat subiectum
ipsa vicissim.

Pro toto partem, pro parte *Synec-*
docha totum.

Ædificatur eq̄vus *Catacbresis*, abu-
sio vocis. (loquendo.

Auxesis rerum superat momenta,

Illa *Tapinosis* nimis extenuare vi-
detur.

Rem nimis augendo minuendo-
q̄ve *Hyperbola* fiet.

Ordine neglecto disponit *Hyper-*
baton omne.

Com.

Compositæ vocis dissectio *Tmesis*
habetur.

Italiam contra vocitatur *Anastro-
pha* vulgo.

Dum redeo (brevis est via) pasce
Parentthesis extat.

Synchysis est lippis inimicum, & lu-
dere crudis.

Illud *Hypallage* erit : Nautæ date
classibus austros.

Hysteron est *Proteron* : Referes &
nuntius ibis,

DEF. CLVII.

Quantitas vocabulorum *Latinorum*
est modus æstimativus, quò eadem di-
cuntur quanta.

SCHOL.

§. I. Sumimus nomen *quantitas*
sensu mathematicò, quò nihil aliud
denotat, quàm determinatam ratio-
nem cujuscunque prædicati, qua aptè re-
spondetur ad quæstionem quàm talis, seu
contractè, quanta res sit. Quò sensu
non extensionis solùm, gravitatis,

potentiæ, & reliquorum attributorum naturalium: sed & in Philosophia morali & Sermocinali dabitur quantitas.

§. 2. Cæterum Quantitas vocabulorum, de qua hîc cum primis sumus solliciti, alia est magis *naturalis*, alia magis *artificialis*. Illa dicitur *Accentus*: Hæc est vel prima, dicitur-que *Tempus*: vel orta, & *Pedis* nomine venire solet.

DEF. CLIIX.

Accentus est quantitas, qua elementa vocabulorum sub certâ morâ pronuntiantur. SCHOL.

§. 1. Accentus significat quasi *ad cantum elevare tonum*, quod & hodie præsertim in cantu, ut vocant, choralibus observari solet.

§. 2. Dicitur alio nomine *Tonus* estque vel *inæqvabilis* isque moræ vel celerioris, ut *Acutus*: vel tardioris, ut *Circumflexus*: vel æqvabilis, h. e. sine elevationis mora, ut *Gravis*.

DEF.

DEF. CLIX.

Acutus est accentus, quò syllaba in pronuntiando cum celeriore motu attolitur.

SCHOL.

Figura ejus (') est linea ad literam dextrorsum incidens deorsum. Vendicat sibi antepenultimam, penultimam & ultimam syllabam. Ultimam verò syllabam dicimus, quæ vocabulo Latino scripto est à parte dextima.

DEF. CLX.

Circumflexus est accentus, quò syllaba in pronuntiando cum tardiore morâ effertur seu elevatur.

SCHOL.

Nota ejus apud Latinos (^) est angulus acutus, cujus crura versus literam, cui imponitur, excurrunt seu vergunt. Vendicat sibi solam ultimam & penultimam.

DEF. CLXI.

Gravis est accentus, quò syllaba sine elevationis mora pronuntiatur.

H 5

SCHO.

SCHOL.

§. 1. Dicitur *Gravis* tum quia syllabā quasi gravat, ut ne possit attolli: tum quòd gravitate suā in pronuntiandō syllabam, se affectam, quodammodo quasi, præcipuè verò in carmine, deprimat.

§. 2. Dicitur *Accentus* scilicet impropriè. Nam cum syllaba, cui *Gravis* insidet, sine elevationis mora pronuntietur, quomodo idem accentus propriè dictus esse potest?

DEF. CLXII.

Tempus est quantitas, qua elementum longum dicitur, aut breve, aut indifferens.

SCHOL.

§. 1. Tempus in disciplina hac sumitur dupliciter. Vel pro *differentia temporis*, Verbis propria: vel pro *quantitate* seu determinata ratione.

§. 2. Sed enim uti in rebus naturalibus duæ res inveniuntur, quibus natura ipsam quantitatem definivit, nempe *Angulus & Unitas*: Simili ratione

tione

tione cum tempore Latinorum pro-
fodico comparatum est, adeò ut
cum ipsa natura certamen Latini
iniisse videantur. Nam tempus a-
liud est *definitum*, atque id vel *breve*,
vel *longum*: aliud *indefinitum*, quod
anceps seu *indifferens*.

DEF. CLXIII.

*Tempus breve est, quod syllabam
corripit.*

SCHOL.

*Dimidium est temporis longi. Cha-
racter ipsius (v) est semicircellus,
diametrò & centrò destitutus.*

DEF. CLXIV.

*Tempus longum est, quod syllabam
producit.*

SCHOL.

*Duplum est temporis brevis. Cha-
racter ipsius (-) est lineola recta, ea-
que transversa.*

DEF. CLXV.

*Tempus anceps est, quo modò corri-
pitur syllaba, modò producitur, ut tene-
bra. Dicitur & Indifferens.*

H 6

DEF.

DEF. CLXVI.

Pes est quantitas, quâ vocabula certis syllabarum contiguarum temporibus definiuntur. SCHOL.

§. 1. Dicuntur *pedes*, eò quòd iisdem vocabula, quasi mensurâ, non aliter atque *extensiones* in Geometria *pedibus* determinantur.

§. 2. Cæterum *Pedes* optimè diviseris in *simplices* & *compositos*.

DEF. CLXVII.

Pedes simplices sunt, qui infra quatuor syllabas subsistunt.

SCHOL.

§. 1. *Simplices pedes* sunt vel *bisyllabi*, vel *trisyllabi*. *Bisyllabi* sunt
1. *Pyrrichius* *uu*. 2. *Spondæus* *---*.
3. *Jambus* *u-*. 4. *Trocheus* *-u*.

§. 2. *Trisyllabi* sunt 1. *Tibra-*
chys *uuu*. 2. *Molossus* *---*. 3. *Da-*
ctylus *uu*. 4. *Anapæstus* *uu*. 5. *Am-*
phibrachys *u-u*. 6. *Amphimacrus*
-u-u. 7. *Bæcheus* *u---*. 8. *Antiba-*
cheus.

DEF.

DEF. CLXIIIX.

Pedes compositi sunt, quos tres excedunt syllabas. SCHOL.

§. 1. Cum entia præter necessitatem non sint multiplicanda, ex pedibus compositis recenserebimus tantummodo tetrasyllabos. Sunt autem iidem 1. Proceleusmaticus *uuuu*. 2. Dispondeus *----* 3. Jonicus à minore *uu--* 4. Jonicus à majore *--uu*. 5. Ditrocheus *-u-u*. 6. Dijambus *u-u-* 7. Choriambus *u--* 8. Antispastus *u--u* 9. Epitritus primus *u---* 10. Epitritus secundus *-u--* 11. Epitritus tertius *-uu-* 12. Epitritus quartus *--u*. 13. Pæon primus *uuu*. 14. Pæon secundus *u-uu*. 15. Pæon tertius *uu-u* 16. Pæon quartus *uuu-*

§. 2. Sed hæc de vocabulis Latinis in genere. Specialem eorundem considerationem sibi vendicant *Lexica*, è quibus commendationem meretur *Forum Romanum Stephani*, *Thesaurus eruditionis scholasticæ Fabri*, à Clarissimo *Buchnero* auctus, item

Etymologicum Magnum Vossii, Lexicon Philologicum Martini, Origines Becmanni. Synonyma congeffit Rulandus, item Calvisius in suo Thesauro, & Weinrichius in Erario Poëtico. Antiquata & obsoleta recenset Laurembergius in Antiquario.

EPILOGUS.

§. 1. Atque ita, *Lector honorande*, vidisti definitiones grammaticas, ut spero, omnes ac singulas, easque si non ad palatum tuum, eâ tamen serie atque ordine, quô à nemine erudito, quantum quidem mihi constat, hactenus fuere dispositæ. Vidisti vocabula Latina non adeò ineptè considerata secundum *principia* sua & *species*, secundum *varios situs*, *motus* item & *quantitates*, adeò ut si hasce speculationes nostras cum Peripateticorum decretis *Physicis* contuleris, Jovem juraveris lapidem, ne ovum quidem ovo tam simile esse, ac ipsa Grammatica scientiæ rerum *Physicarum* seu *naturalium*,

§. 2.

§. 2. Cæterum non est, ut Euclidæ Grammaticæ tres libros reliquos expectes. Animus eqvidem, ut vel ex Proœmio liquet, eos elaborandi fuit: verùm cum jam dudum ex Geographia, orbi literato hac facie exhibitâ, didicerim, scripta Euclidæa multum & temporis & iudicii desiderare: igitur de facili me excusatum habebis: maximè cum istud mihi in præsens aliorum informationi privatæ veniat impendendum; hoc verò in me perexiguum esse sentiam.

§. 3. Tuum erit unâ mecum Deum precari, quò Scaligerum quendam, Sanctium aut Scioppium excitet, qui hæc mea quæliacunque non examinet modò modestiâ peracutâ: sed & feliciter ad finem perducatur. Mihi sufficit, quod ego, homo quippe privatus, & nondum in officio publico constitutus, & hanc disciplinam Euclidæa veste induendi viam omnium primus monstravi.

§. 4. Et ne forsan scrupulus in hac

hac re tibi restet, ecce hîc sub finem appositurus sum sex Regulas grammaticas; quarum potiores ipse demonstrabo, unicâ tibi demonstrandam relinqvam. Suppono autem sequentia *Axiomata*, quæ libro secundo Grammaticæ Euclidæ sunt inferenda, suo stare talo:

AXIOMA I.

Duo Substantiva singularia per Conjunctionem copulata, æquivalent Nomini Plurali.

AXIOMA II.

Omnis modus grammaticus convenit cum subjecto suo quod ad affectiones communes.

AXIOMA III.

Nomen Collectivum singulare æquipollet Nomini Plurali.

AXIOMA IV.

Omne elementum simplex, simplicem quoque habet sonum: compositum verò duos sonos.

AXIOMA V.

Elementum unum habens sonum, est breve.

Axio-

AXIOMA VI.

Elementum duos habens sonos est longum.

§. 5. Ex hisce effatis, tanquam principiis & causis sequentes Regula Grammaticæ scientificè deduci possunt, adeoq̄ve tertio libro hujus tractatus inferendæ sunt.

PROPOS. I.

Adjectivum & Substantivum eodem genere, numero & casu coherent.

DEMONSTRATIO.

Cum enim Substantivum sit instar Subjecti per Def. 20. & 23. Adjectivum verò modi seu prædicati rationem habeat per Def. 24. & 25. etiam Adjectivum & Substantivum eodem genere, numero & casu, tanquam communibus affectionibus per Def. 35. convenient, per Ax. 2. QVOD ERAT DEMONSTRANDUM.

COROLLAR. I.

Nomen Adjectivum primarium convenit cum Substantivo primario, ut: *Forma neglecta.* Co-

COROLLAR. II.

Nomen Adjectivum primarium,
convenit cum Substantivo vicario,
ut : *Stultus ego.*

COROLLAR. III.

Nomen Adjectivum vicarium,
convenit cum Substantivo vicario,
ut : *Ille ego.*

COROLLAR. IV.

Nomen Adjectivum vicarium,
convenit cum Substantivo primario
ut *Amor meus.*

COROLLAR. V.

Cujuscunque generis fuerit Sub-
stantivum, illius generis quoque de-
bet esse Adjectivum.

COROLLAR. VI.

Cujuscunque numeri fuerit Sub-
stantivum, in eo quoque poni debet
Adjectivum.

COROLLAR. VII.

Cujuscunque casus fuerit Sub-
stantivum, ejusdem quoque casus
fit Adjectivum.

Εἰς αὐτὸς.

Sed inquis, Corollarium quartum
& se-

finitum simili Numero & Persona.

COROLL. I.

Cujus numeri fuerit Nominativus, ejusdem quoque esse debet istud Verbum ut *Ferrum tuetur.*

COROLL. II.

Cujuscunque Personæ fuerit Nominativus, ejusdem etiam debet esse Verbum ut: *Vos dicitis.*

COROLL. III.

Si Participium passivum ponatur inter duo Substantiva, id cum antecedente conveniet, ut: *Verbum caro factum est, non facta.*

PROPOS. III.

Si duo aut plura Substantiva singularia per Conjunctionem copulata fuerint, postulabunt vocabulum principale plurale.

DEMONSTRATIO.

Nam cum duo Substantiva, per Conjunctionem copulata, sint singularia per *hypothesin*, æquivalentur Plurali per *Axiom.* 1. adeoque postulabunt vocabulum principale plurale per *Propos.* 1. & 2. Q. E. D.

Co-

COROLL. I.

Si vocabulum principale fuerit, nomen, id cum Substantivis genere & casu conveniet: ut: *Damonem & Pythiam Pythagoræos.*

COROLL. II.

Si vocabulum principale fuerit, Verbum, id cum Substantivis Personâ conveniet, ut: *Furor iraq; precipitant.*

COROLL. III.

Si duorum Substantivorum alterum fuerit plurale, illa majori adhuc jure Plurale postulabunt, ut *Milites & Imperator pugnant.*

COROLL. IV.

Si duo Substantiva more Poëtico per Præpositionem *cum* copulata fuerint, similiter plurale desiderabunt. Nam Præpositio *cum* stat loco Conjunctionis Copulativæ, ut *Remo cum fratre Quirinus jura dabunt.*

PROPOS. IV.

Vocabulum principale quodcunque cum Nomine Collectivo Singulari convenit in Plurali numero.

DF.

DEMONSTRATIO.

Nam cùm Nomen Singulare sit, collectivum *per hypotbesin* habebitur pro plurali *per Ax. 3.* adeoque adsciscet vocabulum principale plurale *per Propos. 1. & 2. Q. E. D.*

COROLL. I.

Si vocabulum principale est Nomen, genere & casu conveniet, ut *Pars volucres facte.*

COROLL. II.

Si vocabulum principale fuerit Verbum, Personâ conveniet, ut *Turbarunt.*

PROPOS. V.

Vocalis ante Vocale naturâ brevis est.

DEMONSTRATIO.

Cùm enim Vocalis sit elementum simplex *per Def. 4.* & quidem ante alium Vocale *per hypotb.* habebit unum tantummodo tempus *per Ax. 4.* adeoque erit brevis *per Ax. 5. & Def. 163. Q. E. D.*

COROLL.

Vocalis ante vocalem contra naturam

turam producitur per eētāsin con-
fer Def. 111.

PROPOS. VI.

Diphthongus omnis naturā lon-
ga est. DEMONSTRATIO.

Nam quoniam Diphthongus est
elementum compositum ex duabus
Vocalibus per Def. 10. illa habebit duo
tempora per Ax. 4. adeoque erit
longa per Ax. 6. & Def. 164. Q. E. D.

COROLLARIUM.


Diphthongus ante Vocalem cor-
ripitur contra naturam, ut Ver præit
æstatem confer Def. 117.

§. 6. Atque ex his Propositioni-
bus grammaticis Euclidæa methodo
propositis, illi, quibus de meliore lu-
to finxit præcordia Titan, facile col-
ligere poterunt, hanc novam Gram-
maticam nostram ne utiqvā impro-
bari posse: sed potius optandū esse,
ut eadem ad finem perducatur. Nam
præterquam quod ipsius beneficio,
nos imposterum Regularum Synta-
cticarum & Prosodicarum non nu-
dam

dam duntaxat intelligentiam, sed & scientiam, h.e. ex causis deductionē haberemus : præterea ipsa in plerisque miram quoque & compendiosam brevitate præ se ferre videtur. Et ut alia omnia sicco, quod ajunt, pede præteream, considerentur tantummodo tres priores Propositiones, hinc in scenam allatæ? Nonne sex Regulus syntacticas, à Grammaticorum vulgo prolixè, & diversis quidem locis, propositas continent? Confer amabo *Dn. Schmidii Syntaxin*, nominatimque *Cap. I. Reg. 1. 2. 4. Cap. VIII. Reg. 1. Cap. XI. Reg. 1. & 2.* videbis omninò hanc rem ita comparatam esse. Sed hæc *Sapientioribus* sufficiant. Idem nec de libro quarto Grammatices nostræ constituendo dubitabunt, cum


*Grammatici certent, & adhuc sub
judice lis sit.*

DEO SOLI GLORIA.



l &
onē
sq̄
re-
a-
e
m-
hic
gu-
n
lo-
ra-
na-
i.
nō
Sed
em
ces
nt,





28192


28192

X2607812


VD77

R





M. CHRISTIANI VINHOLD,
Elementa
GRAMMATICÆ
LATINÆ,
methodô Euclidéâ
conscripta,
&
in gratiam
Potissimum accuratè philo-
sophantium vel tan-
dem
JURIS PUBLICI
facta.



FRANCOFURTI & LIPSIAE,
Impensis **CHRISTIANI Bergens**
Bibliopolæ Dresdensis,
ANNO M, DC, LXXVIII.

